Ideo dici potest tertio mo do ꝙ creatura non potest creare principaliter modo predicto. scilicet per formam intrinsecam actiuam respectu termini in suo ordine agendi. ⁊ hoc probatur per rationem sed non communem omni creature. sed per plures de diuersis creaturis speciales. vt sit prima conclusio ista. Nulla natura mere intellectualis creata potest creare substantiã. hec fuit probata supra in improbando op. Aluic. quia cuiuslibet talis nature intellectõ est accidens ⁊ nihil potest producere nisi per actum intelligendi ⁊ volendi qui non esset necessario prius si posset creare substantiam. nam inter ꝑncipium actiuum perfectũ in supposito perfector substãtiam terminantem actionem nõ necessario mediat aliquod accidens. secus autem est de deo cuius intellectio ⁊ volitio sunt essentia eius. ⁊ ideo per intellectionem ⁊ volitionem potest substantiam producere. creatura autem non sic. secunda conclusio est. Nulla forma materialis potest creari a creatura. que ꝓbatur sic. forma que creatur ꝑius naturaliter est a causa efficiente ꝯz materiam informet. forma materialis nõ potest esse ab aliqua creatura ꝑius naturaliter ꝯz informet materiam suam vel potentiale suum. ergo tẽ. ꝓbatio maioris. quia si non prius naturaliter. ergo nõ accipit esse a causa nisi illa actione qua subiectum informatur. sed illa informatio est mutatio proprie dicta. ⁊ ita nõ creatio. probatio minoris. Nulla creatura potest forme materiali dare esse absolutum in se. hoc est absꝙ hoc ꝙ informet suum potentiale. quia si posset sic dare esse posset ⁊ illud conseruare vt realiter virtute creature maneret in aliqua duratione talis forma sine materia. formam autem materialem dico esse omnez illam que ex natura sua necessario inclinatur naturaliter vt sit actus materie. siue sit substantialis siue accidentalis. tertia conclusio est Nulla forma materialis potest esse principium creandi aliquid. que probat. quia sicut in essendo presupponit materiam in qua sit. ita in agendo presupponit materiam in quam agat. alioquin terminus actionis eius cẽt absolutior a materia ꝯz ipsa forma. Ex his concluditur propositum sic. Nullus angelus potest substantiaz creare ex ꝑma. nec accidens aliquod ex secũda. quia accidens a creatura creari non potest. ergo angelus non põt creare nec substantia materialis potest aliquid creare. qa non potest agere nisi per formam suam accidentalem : vel substantialem. non curo. nam materia ⁊ si aliquod ens sit tamen ita infimum est. ꝙ non est ꝓncipiuz alicuius actionis productiue. forma autem materialis nõ potest aliquid creare. nec accidens aliquod potest eẽ ꝑncipium creandi aliquid ex secũda conclusione. ergo substantia materialis nihil potest creare. ergo nec immaterialis nec materialis potest aliquid creare. nec accidens aliquod potest esse principiũ creandi vt dictum est ex tertia. ꝓ potest etiam specialiter probari. quia substantia materialis non potest produtere materiam ⁊ per consequens nec totum effectum producere nullo presupposito. hoc probatur sic. quia quando aliqua ꝑm totum genus suum habent aliquem ordinem ad inuicem quodlibet vnius habet similem ordinem ad quodlibet alterius. exemplum. si albedo ꝑm totam speciem sit prior nigredine. ⁊ quelibet qualibet. quelibet forma materialis ꝑm totum genus suum est posterior origine tota materia sua receptiua. ergo quelibet talis forma est posterior ad quamlibet materiam. sed posterius origine vel generatione non est principium producendi modo illo prius. ergo forma substantialis non potest creare materiam.

Confirmatur istud: quia forma materialis dependz in essendo a materia. ergo in agendo non potest esse principium producendi aliquid eiusdem rationis cum materia. videtur enim repugnantia ꝙ in agendo per se dependeat ab aliquo eiusdem rationis cum termino quez producit. Si instes de forma substantiali ⁊ qualitate consequente eam. ꝙ illa qualitas sequatur formam substantialem generantis. ⁊ tamen aliquo modo est causa forme substantialis ipsius geniti. ꝫ ergo forma substantialis ⁊ qualitas propria ꝑm genus suum habeant ordinem quia forma substantialis est prior. non tamen quelibet qualibet. immo tantum modo in quocũqz eodem forma substantialis est prior sua qualitate. ꝫ in alio ⁊ alio potest qualitas precedere formam substantialem. Et confirmatur per illud philosophi. 9. methaphy. t. 7. de potentia ⁊ actu. vbi vult ꝙ actus simpliciter precedit potentiam tempore. ⁊ tamen in eodem potẽtia precedit actum tempore. Respondeo ꝙ quelibet substantia eius de specie precedit qualitatem quamlibet eodem modo quo substantia ꝑm totum genus suum precedit qualitatẽ ꝑm genus suum. scilicet diffinitione cognitione ⁊ tempore. hoc est separabilitate quantum in se est. ⁊ sic tripliciter substantia geniti precedit qualitatem generantis ꝫ non tempore. idest tempozali vel actuali duratiõe extra causam. nec sic intelligit philosopbus vt supponis. Et cum dicis qualitatem generantis precedere substantiaz geniti vt causa effectum falsum est. sed solum huiusmodi qualitas est causa qualitatis disponentis ad formaz substantialem. ⁊ pro tanto dicitur quodammodo esse causa geniti ꝫ hoc sit valde extensiue auctoritas philosophi nõ est ad propositum. quia actus qui est prior tempore omni potentia non est aliqs actus mãlis. ꝫ simplr mãlis vt ꝓz ibidẽ in fine capli. Rõ aũt ꝓcedit de illo actu qui posterior est secundum genus suum totum ipsa potentia receptiua. ideo non valet. Et iterum istud de materia ⁊ conclusio secunda manifesta sunt apud philosophos qui posuerunt ordinem secundarum causarũ simpliciter necessarium. ita ꝙ forma materialis non potest ab alio agẽte produci. nisi ꝓcurente materia tanqz causa necessaria presupposita termino productionis. Si queras an ex dictis potest haberi propositum de anima intellectiua. ꝓ quicquid philosophi senserint õ ea an creetur vel non. tangetur di. de resurrectione. ꝫ ex conclusionibus predictis ostenditur propositum de ipsa. non enim potest creari ab angelo patet ex prima nec a quacunqz natura mere intellectuali creata. patet per idem nec ab aliqua corporali substantia siue per formam substantialem siue per accidentalem quia ipsa aĩa est nobilior quacunqz forma substantiali vel accidentali forma autem ignobilior non est principium actiuum ad producendum nobiliorem. sic patet propositum scilicet ꝙ nulla creatura potest principaliter creare. Dico etiam ꝙ nec instrumentaliter ita ꝙ sit instrumentum proprie actiuum quod pro tanto dico. quia forte non omne instrumentum est proprie actiuum. vt diceretur inferius non enim potest esse actium nisi vt ad dispositionem prelium vel ad ipsum terminum. i creatione nihil potest procedere quod disponatur nõ potest autem agere ad terminum nisi habeat formam actiuam in suo ordine que licet in virtute alterius possit attingere totum effectum ⁊ totaliter talis autem non est aliqua virtus actiua alicuius creature vt ei

Varro. li. 2° di. p^a. q. 6.

Landul. fus ip^a q. qli. i segẽ bẽ moduz.

supra ostensum. Intelligẽdum tamen est pro op. magri di. 5. q'si forma accntalis creet vt ponit de gratia 7 cha ritate bene potest aliquod subiectum precedere quod dis ponat ad illum terminum. sicut hic precedit anima. 7 ly i tali subiecto non possit esse aliqua dispositio simpliciter necessitans. tamen põt esse dispositio necessitans fm gd 7 hoc est ex diuina dispositione. 7 sic potest exponi magi ster q deus posset dare talem potestatem ministro. vt ipse aliquam dispositionem causaret in anima que esset necessitas ad gratiam hoc modo q deus disposuisset vni uersaliter sic disposito dare gratiam. sicut organizatio corporis est dispositio ad animam intellectiuam necessitans. 7 hec potestas est superior ꝯ aliqua alia que sit iam data ministro ecclesie. nihil enim operatur minis ter in anima mediate vel immediate ad quod simplici ter necessario conferatur gratia. sicut in alia parte dicti mationc. nec oportet imponere magistro q senserit deum posse dare ministro vt ageret ad gratiam attingẽdo istum effectum. quia minister non est capax istius vir tutis actiue. quia per gratiam vel charitatem est anima formaliter accepta deo acceptatione speciali: tanquam digna vita eterna. creatura autem non potest habere vir tutem actiuam vt faciat aliquid dignum huiusmodi. vel sit acceptum deo. Hoc etiam patet quia finis 7 ef ficiens respiciũt se mutuo. ita q superius agens efficit ppter finem superiorem. ergo quod immediate dispo nit vel ordinat ad finem vltimum immediate est a pri mo efficiente. huiusmodi est gratia. Confirmatur quia si posset esse ab aliquo agente inferiori videretur posse es se ad aliquem finem inferiorem. Sed iste rationes nõ multum cogunt. pma non. quia creatura potest esse for malis ratio talis acceptationis vt conceditur de chari tate. quare ergo non ita effectiua ratio acceptationis nõ videtur ratio. Secundo non: quia 7 si agens primus non agat nisi propter finem vltimum. tamen non opor tet omne agens inferius in quacũq; actione agere ppter finem inferiorem vltimo. angelus enim si elicit actum beatificum non elicit propter finem inferiorem vltimo ita ergo posset gratiam immediate creari propter finem vltimũ. 7 tñ ab agente inferiori.

Ad argumenta principalia

ad pmum dicitur inferius in di. ista. q. 7. Ad secũdum dicendum q illa est aliqua causa quam ponit Augu⁹. 7 manifestior sed non precisa. Ad confirmationem dico q actiones immanentes habent aliquod passum. quia ipsamet potentia cui immanet est potentia receptiua eorum. Ad rationem de adequatione dico q non ar guitur de equalitate effectus ad causam. quia impossi bile est aliquem effectum esse equalem deo. sed adequãs potest intelligi ibi fm proportionem precisam. hoc est ef fectus habens talem proportionem ad causam qualem nul lus alius potest habere. puta quia primus possibilis ipsi cause. si sic intelligatur non adequans in maiori ne go eam. tñ enim valet ac si diceretur effectus inferior. pmo possibili potest produci a supremo possibili. quod ideo negandum est. quia aliquis inferior non potest to tus. 7 totaliter produci nisi a supremo simpliciter.

Ad probationem maioris dico q non fm totam po tentiam suam producit. non enim oportet agens fm to tam virtutem suam producere quantum posset fm il lam producere quando est agens libere non necessitate nature. Et cum vlterius dicitur tunc perfectior effe ctus non manifestaret maiorem perfectionem cause.

Concedo q quicũq; effectus productus totus 7 tota liter manifestat equalem potentiam cause. sed effectus p fectior eminentius manifestat. Exemplum. si ab eo dem principio descendant multe conclusiones ordinate to ta veritas principii causa est veritatis conclusionis cuius libet. 7 tamen vna illarum est altera verior. 7 eminenti us manifestat veritatem principii. Ad aliud de annihi lare. dico q solius dei est annihilare. quia annihilare ñ est agere positiue. sed non agere. idest non conseruare so lius autem dei est conseruare totam creaturam. 7 totali ter 7 breuiter. sicut quelibet creatura requirit secum causã concausantem in fieri. scilicet pncipium potentiale. ita su per illud non potest destruendo sicut nec producendo. et per consequens necessario aliquid relingt sicut necessario presupponit. Sicut autem creatio proprie dicta est pro ductio de nihilo. idest non de aliquo q sit pars primi pducti. 7 receptiuum forme inducte. ita annihilatio est de structo in nihil vtroq; mõ. Ad pbatiõem pmam de forma naturali. patet di. i. scõi li. q. 1 ly nulla pars forme mancat. manet tamen aliquid forme receptiuum. quod fuit aliquid compositi. Ad illam probationem de virtu tibus respondeo q nulla virtus infusa potest corrumpi in nobis per aliquem actum nostrum quasi per natu ram repugnantie. sed solum per causam demeritoriam. anima enim peccans demeretur q gratia non conseruet in ea. 7 sic in secundo instanti nature ppter tale demeri tum quasi precedens deus non conseruat gratiam. 7 sic annihilatur. Ad pbationes illas de amicitia 7 inimi citia dico q per peccatum non est aliquis formaliter ini micus. sed tantũmodo demeritorie. Similiter ad illas probationes de fide 7 spe dico q fides 7 spes infuse non corrumpuntur per actum infidelitatis 7 desperationis: nisi demeritorie. 7 si velis habere aliquid quod corrum patur per illos actus tanꝯ repugnans formaliter. di co q illud non est nisi fides 7 spes acquisite. 7 bene possi bile est per actus nostros induci aliquid repugnans for maliter illis habitibus acquisitis. Ad vltimum cum dicitur in virtute 7c. Ad intellectum huius verbi 7 illo rum que dicta sunt de instrumento. intelligendum est q nihil potest agere in quocũq; ordine agendi nisi ppria virtute. sicut enim dictum est supra q nisi habeat for mam actiuam 7 intrinsecam non potest omnino agere. ita etiam nisi habeat propriam virtutem intrinsecam. quia illa forma est virtus. q si ꝑus non habuit formam. vel virtutem 7 nunc agit in aliquo ordine oportet q nũc de nouo habeat formam 7 virtutem in illo ordine. cadez enim natura manens absq; omni mutatione nullo mo do est nunc actiua nunc non actiua. sed tamen agens de pendens ab alio dicitur agere in virtute alterius. q vir tus agentis dependentis non sufficit sine illa virtute a qua dependet. magis tamen dicitur instrumentum age re in virtute alterius ꝯ causa alia. quia plus dependet ab agente superiori illud quod non habet formam acti uam in esse quieto. sed tñ recipit in actuali motione ꝯ illud quod habet formam actiuaz in esse quicto. Cau sam etiam secũdam. idest que habet formam actiuam in esse quieto agere in virtute alterius non est recipere tũc aliquid ab illo altero. sed tñ habere ordinem inferiorem ad illud alterum agens in suo ordine simul. Sed instru mentum idest recipiens formam actiuam in motione: agere in virtute alterius est tunc actualem accipere for maz ab eo per quam agit. 7 ex hoc patet q cause prime in causam secũdam ppric dictam quando simul agunt nõ est influentia noua que sit creatio alicuius inherentis cau se secũde. sed influentia ibi est determinatus ordo istarum causarum in agendo effectum communem. Instrumen tum autem quando agit recipit influentiam proprie ab ab eo cuius est instrumentum: quia motionem actualez 7 in motione formam per quam agit in suo ordine.

Ex istis patet intellectus maioris. bene enim verum est q causa secunda 7 instrumentum plus potest in virtu te alterius quam propria supple sola prescindendo vir tutem alterius. quia virtus eius propria est diminuta: 7 subordinata alterius virtuti. ita q sine illa altera vir tute agente virtus eius non potest in effectum. tamen non potest in virtute alterius plusꝯ in propria virtute

idest aliquid aũ quod virtus eius nullo modo se extẽdit in suo ordine causandi. nunc autem minor si accipiat virtutem propriã prescindẽdo virtutem cause superioris falsa est. in nihil enim potest creatura sine virtute dei pncipalis agentis ideo non valet.

Quid sit sacramentum.

Aug. in li. 10. de ciui. dei

Sacramentum est sacre rei

signum. Dicitur tamen sacramentum etiaz sacrum secretum. sicut sacramentum diuinitatis vt sacramentum sit sacrum signans ⁊ sacruz signatum. sed nunc agitur de sacramento secũdm qđ est signum. Item sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. Signum vero ẽ res

Aug. in li. de doctr. xpi. qđ sit signũ.

preter speciem quam ingerit sensibus aliquid aliud ex se faciens in cognitionẽ venire. Signorum vero alia sunt naturalia vt fumus significans ignem alia data. Et eorum que data sunt quedam sunt sacramenta quedam nõ.

Nõ differant signũ ⁊ sacramẽtũ

Omne enim sacramentum est signum sed non econuerso. Sacramẽtuz eius rei similitudinez gerit cuius signum est. Si enim sacramenta ñ haberent similitudinem rerum quarum sacramenta sunt proprie sacramenta nõ dicerentur

Quid ꝓ prie dr sacrm.

Sacramentum eniz ꝓprie dicitur quod ita signum est gratie dei. ⁊ inuisibilis gratie forma. vt ipsius imaginem gerat ⁊ causa existat. Nõ ergo significandi tm̃ gratia sacra instituta sunt: sed etiam significandi. Que enim significãdi

Nõ legalia meri dñr signa: ꝫ sacra.

gratia tãtum instituta sunt solum signa sunt. ⁊ non sacramẽta. sicut fuerunt sacrificia carnalia ⁊ obseruãtie cerimonialis veteris legis q̃ nunqꝫ poterãt iustos facere offerentes. Quia vt ait apostoluſ. Sanguis hircoꝝ ⁊ thauroꝝ ⁊ cinis vitule aspersus. inquinatos sanctificabat ad emũdationẽ carnis nõ aie. Nam ingnatio illa erat ○tactus mortui. Añ Aug. Nihil aliud intelligo ingnationẽ quam lex mũdat nisi ○tactum mortui hominis. quem qui tetigerat immundus erat septem diebus. sed purificabatur ꝺm legem die tertio ⁊ septimo ⁊ ita mundus erat vt iam intraret in templum. ℳundabãt eti.

Aug. super epla ad hebr.

am interdũ a corporali lepra illa legalia. Sed nunqꝫ ex opibus legis aliqs iustificatus ẽ. vt ait apostolus etiaz si in fide ⁊ charitate fierent. Quare qz imponit ea deꝰ in seruitutẽ nõ in iustificationẽ ⁊ vt figuraz futuri eẽnt volens sibi ipsi potius offerri ea qꝫ idolis. Illa ergo signa erãt sz tm̃ sacra alz min⁹ ꝓprie in scripturis sepe vocanꝫ qz signa erãt rei sacre qꝫ vtiqꝫ ñ presta

Que dicant ops legis.

bãt. Illa añt apostolus opa legis dicit que tm̃ significãdi gra vel in onus instituta sunt.

Trum hec sit ratio

diffinitiua sacramenti quam ponit magister. sacramentum est inuisibilis gratie visibilis forma. q̃ non videtur. qa diffinitio non est nisi eius quod est per se vnum. 7. metha. Augu. super Jo. omel. 81. ⁊ ponitur.

j. q. j. detrahe. Accedit verbum ad elemẽtum ⁊ fit sacramentum. sed verbum ⁊ elemẽtum non faciunt aliquid per se vnum. quia vnum est permanens aliud succeſſiuum. Secundo si est forma. aut ergo forma que est altera aut forma exemplaris. Dz non primo modo patet: quia sacramentum non est pars gratie. nec secũdo mõ ga exẽplatũ imitat exẽplar ⁊ participat ipsũ. nõ sic añt gratia sacramentum. tertio sic. Quia in quibusdam sacramẽtis non est nisi verbum tm̃ qđ non est signum visibile. sed audibile tm̃. vt probatur inferius in sacramento penitentie ⁊ matrimonij. ergo male dicitur visibile. quarto sic. Unius rei tm̃ est vna diffinitio propria. Sacramenti autem assignantur alie diffinitiones. patet ꝑ magistrum in littera. ⁊ Aug. ⁊ per illud Augu. io. de trinita. c. 5. Sacramentum est sacre rei signum. Contra magister in littera. ⁊ de conse. di. 2. sacrificium.

Hic primo uidẽdum est cu

ius possit esse diffinitio ⁊ cuius non. secũdo ex hoc si sacramenti possit esse aliqua diffinitio. tertio si h̃ de qua q̃ritur. Quantum ad ꝑmum notandum est q̃ cuiuſcũqz siue entis siue non entis quod potest cõcipi ⁊ signari potest esse aliqua ratio nominis. que sz explicet explicite ⁊ distincte illud quod nomen importat implicite ⁊ confuse ⁊ quelibet ratio talis potest dici diffinitio: extendendo nomen diffinitionis. sed diffinitio proprie dicta non est nisi oratio verum significans ꝺm phz. ꝑmo. topi. ⁊ ideo non est quecũqz ratio nominis. sed ratio per quam distincte indicatur verum quid est esse rei: non est ergo ꝓprie non entis. ⁊ hoc siue non ens accipiatur ꝓprie pro impossibili quod includit cõtradictionem. siue pro pura negatione vel priuatione q: non ens non habet quid est.

Nec est ratio eius quod non est per se vnum. vt patet. 7. metha. c. 3. vt argutum est in oppositum. intelligo autem per se vnum. s. q̃ est simplex vel compositũ. qđ est ex per se actu ⁊ per se potentia. Nec ista vnitas impedit quin diffinitum includat aliquid tanquã terminum per se dependentie siue vt accidens includit subiectum: vel sicut aliquid quod simul est secum natura vt relatiuum includit correlatiuum. sed prohibet q̃ nihil includatur tanquam per se pars in ipso quod non se habeat ad aliud in eodem sicut per se actus ad se per potentiaz vel pars eiusdem actus vel eiusdẽ potentie ad aliã partẽ

Nec est tertio entis rationis. quod est tm̃ ens diminutum. quia proprie quid sicut ⁊ ens nõn competit nisi enti reali. patet. 5. ⁊. 6. metha. nec intelligo hic ens rationis quod ẽ in intellectu obiective. qz sic omne vniuersale est in anima. nec illud quod est tm̃ in intellectu subiective. quia sic intentio ⁊ scientia sunt in anima que tamen sunt formе reales. ⁊ in genere qualitatis. sed intelligo ens in anima tanqꝫ secũdo consideratum. non tanqꝫ ꝑmo consideratum. ad quod cõsiderandum mouetur ꝑ mo anima a re extra. sed tanqꝫ ens in primo considerato inquantum consideratum ⁊ tale sit in summa sit dicere non est nisi relatio rationis: qz nihil habet precise esse in considerato vt considerato nisi comparatio qua cõsideratum cõparatur ad aliud per actum cõsiderantis. ens ergo diminutum vt hic accipitur vniuersaliter est ens rationis. Quarto non est quid expressibile per diffinitionẽ de quo non potest haberi nisi conceptus simpliciter simplex. qz ꝺm phm. 8. metha. c. 3. diffinitio est oratio lõga ⁊ oportet terminum esse orationem longam exprimentem qđ ⁊ quale. distincte enim explicat qđ diffinitum importat implicite. ergo oportet q̃ de diffinito possent plures cõceptus formari quidditatiuus. s. ⁊ qualitatiu⁹ ꝑ quos explicatur. Quinto nõ est singularis. qz non potest esse ratio omnino exprimens quidditatem eius: quia illa explicet aliud quod nõ pertiet ad qđ qđ erat eẽ. vt pz. 2. li. q. de indiuiduatione. Ex his sequit q̃ diffinitio ꝓpe dcã ẽ entis positiui ꝑ se vni⁹ realis cõpositi realiter vel

quãtum ad cõceptus vlis ꝛ solius talis.

De secundo principali ui/

dendum est per ordinem an aliquod istorum. 5. excludat a sacramento habere diffinitionem proprie dictam. ꝛ ꝑm hoc iste secundus articulus habet. ꝯ. ꝑmum non impedit. quod ostendo per conclusiones ordinatas pri ma est ista. ¶Possibile est deum aliquem effectum inuisibilem creare pertinentem ad salutem hominis viatoris hanc non oportet probare. quia theologo est manifesta ex omnipotentia diuina. secundo dico ꝙ possibile est deum imponere aliquod signum ad signandum istum effectum inuisibilẽ. hoc patet qz nos possumus imponere signa ad signandum quodcũqz intelligibile a nob cum autẽ signum diuidat in rememoratiuum qõ est ꝑteriti. ꝛ prosticum qõ est futuri. ꝛ demõstratiuũ quod ẽ ꝓntis. possibile est deũ instituere quodcũqz istoꝝ signoꝝ ad signã dum nr̃os effectus. sic enim instituta sunt a nobis iuramẽta ꝓmissiones ꝛ signa huius obligatoria ad signã dum nr̃m effectũ futurum vel assertoria ad signanduꝫ effectuꝫ ꝑteritum vel ꝓntez. Ulterius suppono ꝙ pos sibile est deũ determinare se ꝛ disponere: vt cooperet ad aliquod signum ab eo instituũ ad cãndum effectum signatum nisi impediat indispositio eius cui adhibetur patet qz sic esset possibile in nobis: ꝙ aliquis instituens signum effectus sui disponeret se semꝑ cooparj huiusmo di signo nisi impediret ille cui adhiberetur. puta siquis instituat pro signo pacis vel beniuolentie tactum manꝰ vel elcuationem digiti vel huiusmodi. posset instituẽs tale signum determinare se ad semꝑ coopandum ad ef fectum signatum nisi indispositio eius cui adhiberet signum impediret. tale autẽ signũ cui instituẽs disponit regulariter cooparj põt dici signũ verax vel certuꝫ ad di stinctionẽ signi incerti vel equoci. qõ equaliter hꝫ secuꝫ signatum concomitãs vel oppositũ ꝓprie tamen dicit signum efficax si adhibito signo sequit signatũ ordine na ture ꝛ non econuerso. qz si signũ sequeret signatũ suum or dine nature. sic posset cẽ signum certum si nunq̃ careret illo signato ꝓcedente non tamen eẽt efficax. qz nullo mo do eius positio efficaciã hẽret respectu signati. sed econ uerso. Ultimo dico ꝙ est possibile deum ad signandum effectum ꝓdictum ꝛ modo predicto. s. certitudinaliter ꝛ efficaciter instituere signũ aliqõ sensibile. hoc apparet qz ꝛ nos possumus aliquod signum sensibile instituẽ ad signandum effectum nostrum cum illis cõditionibus ꝓ dictis. nec solum potuit institui vnũ solum signum sen sibile: sed etiam sensibile plura sensibilia includẽs in se ꝛ hoc vel eiusdem sensus vel diuersoꝝ sensuum. sicut. n. ad signandum perfectionẽ diuinam que ẽ essentia sim pliciſſima possumus instituere istam oronem: deus est infinitus perfecte que cõstituitur ex multis syllabis au dibilibus. ita possumus instituere ꝙ aliqua audibilia et aliqua visibilia simul signarent cõceptũ nostrum. puta ꝙ actum beniuolentie signarent aliqua verba certa cum aliquo actu manus vel oculo. Existis sequit ista cõclu sio ꝙ ista ratio totalis nõ est in se falsa eo modo quo phi losophus loquit de oratione in se falsa. 5. meth. c. de fal so. s. signum sensibile gram dei vel eius effectum gratui tum ex institutione diuina efficaciter signãs. effectuꝫ in quã ordinatuꝫ ad salutem hois viatoris. pz enim ex ꝓdi ctis ꝙ nulla particula istius oronis repugnat alteri. nõ est autẽ in se rõ falsa ꝑm pbm ibi nisi partes inter se con tradicant. Ista ergo ratio non est pure nõ entis. puta pu ri impossibilis. qz nihil est purum impossibile nisi cuius ratio est in se falsa. vt patet ꝓmo libro di. 43. ¶Patet etiaꝫ ꝙ ista ratio non est pure negationis vel ꝓuationis. qz in cludit in se aliqua positiua ꝙ si supponatur istam rõneꝫ esse huius nominis sacramẽtum. sequitur ꝙ sacramen-

tum non est purum non est. neqz sicut impossibile. neqz sicut negatio. ꝙ autem ista ratio sit huius nominis sa cramentũ probari non potest. sed oportet supponere ex vsu loquentium de sacramento. sicut oportet suppone re signata vocabulorum ex vsu. Uidendum est ergo de secunda cõditione. s. de per se vnitate. vtrum impe diat diffinitionem proprie a sacramento vel ab baben te huius rationem nominis. Nõ aũt ens non vnuꝫ ꝙ se non sit diffinibile potest intelligi duobus modis. sez vel ꝙ cõsistat ex entibus eiusdem generis vel alterius que tamen non sunt nata cõstituere per se vnum. ꝓmũ tenet nomen entis aggregati. vt cumulus vel acerũus. secũdum dicitur proprie ens per accidens. ¶Patet. 5ᵒ metha. c. de ente ꝛ de vno. neutrum autem horꝝ est pro prie diffinibile. ꝓmum non. patet. 8. metha. c. 4. nec se cundum vt patet. 7. metha. c. 2. Et dicitur ꝙ sacramẽ tum proprie non habet vnitatem. ideo non est diffinibi le ꝓprie. includit enim multa vt tangit primum argu mentum ad oppositum ex quibus non potest fieri per se vnum. Sed contra hoc. Iz enim vnum accidens es set in pluribus subiectis: nihilominus illud esset diffi nibile proprie. sicut aliud accẽs qz illa plura nõ pertinẽt per se ad rationem accidentis sed tanq̃ additamenta. In ista autem ratione nominis ꝓdicta patet ꝙ illud qõ di cit sensibile ponitur respectu signi sicut additum. ergo quantumcũqz in illo non sit vnitas dum tamen illa alia que pertinent ad rationem formalem nominis non im pediant vnitatẽ per se. non propter hoc sacramentũ erit non diffinibile. ita ꝙ pluralitas de qua arguitur est illo rum que concurrunt in sensibili signante fundamentuꝫ illius relationis formalis quam importat sacramentuꝫ

Dico ergo ꝙ cum in ratione predicta formale intelli gatur esse signum. ꝛ etiam illa que per se determinãt rõ nem signi. cuiusmodi sunt ex institutione ꝛ efficacit. alia duo que sunt ibi. s. sensibile ꝛ effectum dei gratuitum sũt ibi vt additamenta. ꝓmum vt subiectum siue vt funda mentum. secũdum autem vt correlatiuum. pluralitas autem quccũqz vel subiecti in se vel correlatiui ad corre latiuum non ꝓhibet relationez esse diffinibilem simpli citer ergo nec excludit a sacramento habere diffinitiõez ꝓpter non vnitatem. Ita enim est iste conceptus per se vnus apud intellectum signuꝫ ad placitum efficax si cut est conceptus paternitatis. ꝛ sicut paternitas posset diffiniri ꝓprie non obstante nõ vnitate per se subiec ti si paternitas esset in duobus subiectis ꝛ illa ponerẽ tur vt additamen ta. poneret etiam correlatiuũ pater nitatis. ita in ꝓposito. Tertio dico ꝙ in ratione no mis predicta includit aliquid quod dicit ens rationis s. hoc quod est signum ex institutione. nam ista relatio ñ cõsequitur fundamẽtuꝫ ex natura rei. quia ꝛ si in re sit aptitudo ad signandum effectum signatum. tamen ac tualis signatio non conuenit sibi nisi per actum impo nentis. restringendo ergo diffinitionem ad quid ꝓprie dictum extra animam. ista diffinitio non exprimit quid sacramenti. ergo non potest esse diffinitio eo modo quo est ratio entis completi extra animam. sed eo modo quo diffinitio exprimit vnum conceptum per se in intellectu siue ille conceptus sit rei extra siue rationis bene potest diffiniri. ꝛ hoc modo tñ. ꝛ non aliter diffiniunt omnes intẽtiones logicales. non enim signant quidditates ex tra animam. sed tãtum modo cõceptus in anima scilicet per se vnos. ꝛ sic habere diffinitionez sufficit ad scientiaꝫ ꝓprie dictam. alioquin logica non esset scientia. in ta libus diffinitionibus etiam inuenitur genus differen tia ꝛ proprium eo modo quo logicus loquitur de genere differentia ꝛ proprio. quia inuenitur predicatum in qd ꝛ in quale essentiale ꝛ in quale accidentale cõuertibile. ꝛ sic in ratione predicta ponitur signum: vt genus ex in stitutione ꝛ efficax vt dria. sensibile vo vt fundamẽtũ rõ nis. gratia vero vel effectus dei gratuit⁹ vt correlatiuũ

De quarta ⁊ quinta cõditione nõ opꝛ imoꝛari. pꝛ. n. q̃ sacr̃m p̃m rõnez nois p̃dictãnõ hꝫ pcep̃m simplr̃ simplicem. nec pcep̃m singularem sed vniuersalẽ.

Ex predictis patet seccun/ dus articulus q̃ sacr̃m suppoſito q̃ eius ſit rõ nominis que ſupꝛa poſita eſt põt simplr̃ ⁊ per ſe diffiniri eo modo quo intẽtiones ſcõe ſunt per ſe diffinibiles. ⁊ q̃ abſolute nihil repugnat gn̄ abſolute ⁊ veriſſime diffiniaꝫ. niſi qꝛ ꝓpꝛiũ eius formale eſt ens rõnis. vel niſi qꝛ includit aliquid qõ eſt pꝛeciſe ens rõnis. Ex iſto articulo pꝫ corꝛelarie quõ ſe hñt cognitio q̃d eſt ⁊ ſi eſt oꝛdinate. in cognitione nãq̃ ſi eſt p̃m q̃ pcedit cognitionẽ q̃d eſt. nõ intelligit̃ de actuali exiſtia. aliogn demõſtratio cuius mediuꝫ eſt diffinitio nõ poſſꝫ bẽri de nõ exiſte. cui ꝰ oppoſitũ vult phs p̃mo poſteriozꝝ. ⁊. 7. metb. ſed intelligit̃ ſi eſt de ente cui nõ repugnat eẽ in effectu. In p̃ma ꝯditione iſtaruꝫ 5. applicãdo ad ꝓpoſitũ oñſum eſt de ſacro ſi eſt iſto mõ qꝛ oñſum eſt ſacr̃m eẽ tale cui nõ repugnat eſſe in effectu. ⁊ hoc ſuppoſito ingrebat in ſpãli q̃d eſſet. Apparꝫ ẽt oꝛdo cognitionis eius qõ dicit̃ per nomẽ ad ſi eſt. qꝛ i p̃ma cõditione iſtarũ. 5. pꝛeſupponit̃ q̃d dꝫ per nomen. ⁊ ex illa rõne p̃ſuppoſita cõcludit̃ ſi eſt. Et hꝫ idẽ ſit q̃d nominis, ⁊ quid rei in hñtib⁹ quid rei. tñ p̃us cognoſcit̃ aliquid eẽ q̃d nois dꝫ quid rei. p̃mum enĩ cognoſcit̃ cognoſcẽdo illud nomẽ eẽ intelligibile ⁊ ſignificabile. 2ᵐ cognoſcendo iſtud eẽ alicuius poſſibilis eẽ in effectu. ⁊ ex rõne eius poſſibili ⁊ ſignari põt cõcludi aliquid poſſe ſubeſſe illi conceptui. ⁊ per ꝓñs illam rationem exp̃imere verum quid eſt.

De tertio principali dico q̃ eo modo quo põt eẽ diffinitio ſacri vt pꝫ ex. 2. ar. h enĩ eius diffinitio. ſ. ſignũ ſenſitiue gr̃am dei vel effectũ dĩ gratuitũ ex inſtitutione diuina efficaciter ſignificãs oꝛdinatum ad ſalutẽ hoĩs ⁊ viatoꝛ. ⁊ in hoc efficaciter includit̃ tam certitudinaliter q̃ꝫ pꝛoſtice. ⁊ hoc accipiẽdo pꝛoſticũ pꝛo ſigno nõ tñ pꝛi duratione ſignato ſed etiam nã. hoc pbaꝫ vniuerſalr̃ in bis que põt bẽre diffinitionem. eadem enim eſt rõ exp̃imẽs quid dicitur p nomen ⁊ vera diffinitio. nam p̃m pbm. 4. metba. rõ quã ſignat nomẽ eſt diffinitio. Ex hoc apparet per ratõez quia nomen imponitur ad ſignandum eẽntiam rei. ergo ratio que exp̃imit quid dicitur per nomen diſtincte ⁊ per partes exp̃imit diſtincte per partes conceptus eſſentie rei. Iſta autem ratio que poſita eſt. ſcilꝫ ſignum ſenſibile ⁊c. eſt ratio huius nominis, ſacramẽtum vt ſuppoſitum eſt ſupꝛa ex vſu loquentium de ſacramẽto. ⁊ ſacramentum poteſt habere diffinitionem eo modo quo entia rationis diffiniunt̃. ergo iſta ratio eſt eius diffinitio. ſic ergo pꝛobatur qꝛ ita eſt. Qualiter autez hoc poſſit eſſe faciliter pꝫ. quia ibi ponit̃ aliquid pertinens ad genus relationis que eſt genus in illo genere eo modo quo in relationibus rationis ponitur genus ⁊ ſpecies. puta hoc quod eſt ſignum. ⁊ illud determinaꝫ per differentias huius generis. ſcilꝫ ſigni que ſunt ex inſtitutione. ⁊ efficaciter. ⁊ ponuntur ibi dño addita. ſicut vniuerſaliter in diffinitionibus relationum ⁊ relatiuoꝝ. ſ. ſubiectum vel fundamentum quod intelligitur per hoc quod dẽ ſenſibile. alterum etiam. ſ. corꝛelatiuum qõ notatur p dõ qõ eſt gr̃am. vel effectum gratuitum.

Ex his patet ſolutio queſtionis. dicẽdum eſt enim q̃ illa ratio de qua queriẽ ſi recte intelligaꝫ ⁊ per alia non explicata ſuppleatur eſt pꝛopꝛia ratio diffinitiua ſacramẽti eo modo quo ſacramẽtũ eſt diffinibile. eſt enim illa ratio ſic intellecta ⁊ ſuppleta eadem cum ratione pꝛedicta. q̃ enim ponit̃ forma debꝫ intelligi pꝛo ſigno inuiſibili eo modo quo imago herculis dicit̃ forma herculis. q̃ ibi addit̃ viſibile. debet intelligi pꝛo ſenſibili in communi ⁊ pꝛo tanto debet intelligi viſibile poni pꝛo ſenſibili cuiuslibet ſenſus. quia viſus ẽ excellentioꝛ omni ſenſu ⁊ plurium differentiaruꝫ cognoſcitiuus p̃m pbm. pꝛimo metba. ponitur etiam ibi viſibile pꝛo ſenſibili ſiue vno ſiue pluribus. ⁊ hoc pluribus pertinẽtibus ad eundem ſenſum vel alium ⁊ aliuꝫ Ponitur autem ibi gratia inuiſibilis pꝛo effectu dĩ gratuito interioꝛi oꝛdinato ad ſalutem hominis viatoꝛis. vtrum autem gratia ibi ſumaꝫ vniuerſaliter pꝛo gratia inherente anime ſubiectiue an generaliꝰ vt exp̃reſſi ſupꝛa: vt. ſ. ſignificet effectum dei gratuitum ⁊c. In materia de euchariſtia patebit. quia ibi res ſacramenti nõ eſt aliqua gratia accidentalis inherens anime. ſuppleri autem debent differentie ſpecificãtes ſignum puta ex inſtitutione contra ſignum ſignans naturaliter ⁊ efficacit̃ cõtra ſignum equiuocum ⁊ ſignum ſequens naturaliter ſignatum.

Ad primum argumentum dico q̃ hꝫ fundamentum huius relationis plura icludat ex quibus non ſit per ſe vnum. vt pꝛobatur de ſucceſſiuo ⁊ permanente. tamen non ſequit̃ quin ſacramentuꝫ quantum ad ſuam formalem rationem ſit per ſe vnum. Et ſi arguit̃ contra hoc. quia relatio non eſt per ſe vna niſi habeat fundamentum vnum. Reſpondeo q̃ ſi forte hoc eſſet verum de relationibus realibus de quibus eſt dubium. qꝛ forte in multis trahentibus vnam nauez eſt vna relatio trahentium ad vnum tractum. tamen in relationibus rationis ꝓpoſitio eſt manifeſte falſa. qꝛ quantumcuq̃ diuerſa poſſunt concurrere in fundamento vnius relationis rationis. non enim oportet niſi q̃ mẽta ibi concipiantur quaſi vnum in oꝛdine ad aliqđ ſignatum. Hoc patet quia huius relationis vnius que eſt ſignare muſtum bonum. bene poteſt eſſe fundamentuꝫ totum iſtud. ſ. circulus cooperꝰ foliis hedere in cruce poſitis ⁊c. ita etiam multe oꝛationes conterte. vel vna ratio ex multis ſyllabis que nihil vnum per ſe faciũt ſunt fundamentum vnius relationis huius que eſt ſignare deo ineſſe aliqua que ſibi intrinſece ſunt cum tamen illud ſignatum ſit vnum ⁊ idem ſimpliciſſimum. Ad argumentum ſecũdum ⁊ tertium patet ex dictis in explicatione diffinitionis magri. Ad quartum põt patere ex illis: qꝛ quod vna diffinitio nõ exp̃imit. alia exp̃mit. vt ſic ex omnibus colligendo qõ ſparſim inuenitur in ſingulis poſſit haberi vna diffinitio completa qualis eſt illa ſupꝛa poſita.

De cauſa inſtitutionis ſacramentoꝝ.

Triplici autem de cauſa ſacramenta inſtituta ſunt. pꝛopter humiliationem. eruditionem. exercitationem. Pꝛopter humiliationem quidem vt dum homo in ſenſibilibus rebus que natura infra ipſuꝫ ſunt ex pꝛecepto creatoꝛis ſe reuerendo ſubiicit. vt ex hac humilitate et obedientia deo magis placeat ⁊ vt apud eum mereatur cuius imperio ſalutem querit in inferioꝛibus ſe. et ſi non abilis ſed per illa a deo. Pꝛopter eruditionem etiam inſtituta ſunt. vt per id quod foꝛis i ſpecie viſibili cernitur ad inuiſibilem virtutẽ que intus eſt agnoſcendã mens eruditaꝫ Homo enim qui ante peccatum ſine medio deũ videbat per pctm̃ adeo habuit vt nequaq̃ diuina nequeat capere niſi humanis exercitatus. Pꝛo-

p⁹ cauſa

Seda.

3ª ratio.

pter exercitationez similiter instituta, sūt. qz cū homo ociosus esse non possit proponī ei vtilis z salubris exercitatio in sacramētis qua vanam z noxiam declinet occupationem. nō. n. facile capitur a tentatore qui bono vacat exercitio. Unde Hieronymus monet. Semper aliquid boni operis facito vt te occupatuz dyabolus inueniat.

De triplici genere exercitationis.

Sunt autem exercitationuz tres species, vna ad edificationem anime pertinet. alia ad corporis fomentum. alia ad vtriusq; subuersionem. Luz igitur absq; sacramētis quibus non alligauit potentiam suam deus homini gratiaz donare posset predictis ō causis sacramēta instituit. Duo autez sunt in quibus sacramētum cōsistit. s. verba z res. Uerba vt inuocatio trinitatis. res vt aqua oleū z huiusmōi

In quibus consistit sacrm.

b

Abito de sacramenti

quidditate. quero de ei⁹ institutiōe. vtrū p tpe cuiuscūq; legis a deo date debuerit institui aliqō sacrm. q nō. qz nō legimus de aliquo sacro instituto a deo p tpe legis nāe. sacrm aūt nō pōt institui nisi a deo fm ei⁹ diffinitionē. ergo zc. Confirmaī per Gre. moz. 4. li. z ponit de pse. di. 4. Nō apud nos valet aq baptismi hoc egit apud veteres vel p paruulis sola fides. vel p maioriz⁹ virt⁹ sacrificii: ergo nō fuit apud eos sacrm. Sed maior videt cē necessitas p aliq̄ lege rō sacri contra morbū q̄z aliqō aliud. Itē de⁹ nō est cā nec dat; directe occasionē creādi homini. Sz in sensibilib⁹ cē salutē ē directe occasio errandi. qz. s. credendi aliqd numinis esse in talibus sensibilibus. z per ꝓns idolatrādi. ergo de⁹ non instituit aliqō sensibile vt in eo vel per illud cēt salus querenda. Itē deus nō imediate sed p ministrū aliquam legē dedit. pz de lege mosayca per totū. g silr ō lege euāgelica videt q instituī potuit vel ordinari illud sacramētū per aliū ministrū z nō necessario imediate a deo.

Item cum plures leges fuerint a deo date si cuiuslibet tpe fuerit sacrm a deo institutū. ergo aliud z aliud qz si sacrm legis ꝓoris remāsisset tpe legis posterioris nō fuisset aliud institutū p lege posteriori. Sed ons ē inconueniēs. qz vox semel imposita ad significādū semper manet significativa eiusdē. ergo multo magis signū sel a deo impositū semp manet significativū eiusdē. Cōtra augu. cōtra faustū. 19. In nullū nomē religionis coagulari pñt boies nisi aliquoz signoz velut sacramētoz visibiliū consortio colligentur.

Hic quattuor sunt videnda.

Primo q sacrm aliqō fuit institutū. Secūdo a quo imediate a deo. Tertio an p tpe cuiuscūq; statꝰ vie post lapsū. Quarto an aliud z aliud p statu alterius z alterius legis. De ꝓmo dico q sacrm debere istitui nō pōt pbari necessario neq; a ꝓori. qz de⁹ ex se nihil agit necio: neq; a posteriori siue a fine: qz absolute possibile cēt effectū inuisibilē haberi sine tali signo. Sed q cōgruū fuerit sacrm institui pbat rōne sili illi que posita est in precedente. q. in. 2. arti. pbante possibilitatem sacramēti. Congruū enim est effectū inuisibilē causanduz a deo ordinantē boiem ad salutez signari per aliqō sigm sensibile vt viator ingrens cognitionē ex sensibilibus effectū illū inuisibilē certius cognoscat. nec solum ꝓgruit esse signum huius effect⁹ quasi speculatiuū per quod. s. possit haberi cōceptus in intellectu de illo signato. vt bō signat nām humanā. sed signū quasi practicū. s. qō signat signatū cē vel fieri. nec adhuc signū practicū dubium seu equocū vel incertū: qz z si p tale signuz duceret bō in cognitione fieri hui⁹ effectus. nō tñ appeteret illud signū sibi adhiberi ꝓpter incertitudinē signi respcū fieri signati. g talē effectū significari p signū practicū certū z efficax fuit cōgruū vt z bō ex tali signo effectū cognoscat z in tali signo effectū ardēter q̄rat. nec tamen congruit signū illud cē certum certitudine demonstratiua. sed quasi vt in pluribꝰ. Sicut enī in speculabilibus aliquod signum est certum z necessariū aliqō vt in pluribus. primo posterioz. sic posset signuz practicū habere certitudinem quasi necessariā si ipsum vniuersal⁹ z quasi necessario cōmitteret fieri effect⁹ vel certitudinē vt in pl⁹bus si ipsum cōcomitaret effectus vt in pluribus. nō fuit aūt ꝓgruū cē signuz aliqō certū sensibile ꝓmo modo q; cum illud signū sensibile debeat adhiberi ab boie seq̄ret q in ptāte boīs eēt signū aliqō ad qō de⁹ vniuersalit cāret illū effectū inuisibilē. qō auferget a suscipiēte debitam ꝓparationē. sufficeret enim sibi q qualitercūq; indispositus illud signū susciperet. Lōgruit igit effectū talez inuisibilē significari per signū sensibile practicū certū certitudine vt in pluribus. idest semper nisi indispositio z quasi dispō ad signatū. Has aūt ons ꝓditiones q. s. sit practicū certū vt in pluribus z precedēs näliter fieri signati intelligo per hanc ꝓditionem efficax tale ät signū nō pōt esse aliquod sensibile significās näliter q; nullū sensibile habet efficatiā naturalē ad effectū inuisibilez ergo cōgruit q sit signū institutū siue impositū. Sic ergo habet secūdū totā rōnez sacramenti q congruū fuit saramentū institui ꝓpter cognitionē z desideriū cāndū in viatore respectu effect⁹ inuisibilis. z h est ratio quam tangit magister in littera scilicet propter eruditionem alias duas rationes tangit propter. s. exercitationem et humiliationem quam expōnez tangit i littera z iste tres rationes concludūt rationem institutionis sacramenti ex parte cuiuscūq; persone private. Est etiam alia ratio que tangit illam congruitatem ex parte totius communitatis. Congruum est enim omnibus viatoribus vnius secte aliquibus signis exterioribus cōmunicare z conuenire. per que etiam ab aliis alterius secte distinguatur. Nam ex talibus signis noscit homo quis cē sue secte z quis alterius. hoc autem expedit qui a qui sciunt se eiusdem secte iunant se mutuo ad obseruationem eius z qui sciunt se dissimilis secte vitant se mutuo tanquaz mutuo se impedientes. tale autem signum vnitiuum eoz q sunt eiusdē secte z distinctiuuz ab alius expedit cē practicum respectu alicuius effectus inuisibilis ptinētis ad obseruationē secte. Sic ergo patet q necessitas ꝓbari non potest: sed congruitas ꝓbatur per rationez. factum autem ꝓbatur per auctoritatem vt tangetur in quarto articulo. qz auctoritates non loquūtur de sacramento in cōmuni sumpto sicut h adhuc tractatur. sed loquuntur in speciali de tali z tali sacramento talis vel talis legis.

De secundo dico quod alii

unde signum practicum habet q significet practice signatum. z aliunde q sit certum signum: quod patz. ga possibile est quandoq; aliquem non veracem vti illo signo. signationem enim habet ex institutione sed q sit certum non habet nisi ex determinatione alicuius cause cooperantis illi signo ad cātū significatū. vbi gza. si ab aliq⁹ legislatore istituat in policia sua ꝓ signo pacis tact⁹ manꝰ vl bi⁹. z si ex ista ipōne bz istū qō pctice significet pacē: tamē si ali⁹ nō verax pōt vti isto signo: istud signū nō est certū ex ipōne legislatoris: sz remanet cognitū. q̄q; s

verum quãdo habet concomitans signatũ. qñqz falsum. falsus enim vtiť iſto ſigno ſiue ſignato ſicut vteretur ſigno ſpeculatiuo beniuolentie ſine ſignato. dicendo concedo tibi dilectionem meã hñs aliud. ſ. oppoſitũ in mente. Ad oppoſitũ ſacr̃m ⁊ practice ſignificat effectum practicũ cãri in illo cui adhibeť. ⁊ ſic ſignat q̃ ẽ ſignum certũ vt in pluribus ſiue regulariter q̃tum eſt ex parte eius. Quantum ad ſignationẽ autẽ poſſibile eſſet q̃ inſtitueret ab aliqua creatura qz ſicut poſſet homo imponere ſignũ ſpeculatiuũ effectꝰ dei. vt p̃z de iſta oõne. deus cãt gr̃am in aia. ita poſſet imponere ſignum qõ practice ſignaret deũ inuiſibiliť agere. ſed non poſſz dare illi ſigno q̃ eẽt regulariter certũ. nullus enim poteſt dare certitudinẽ alicui ſigno practico niſi in cuius ptãte eſt poſſe cãre ſignatum illius ſigni. ſolus autẽ deus poteſt ſe determinare ad cãndum effectũ ſibi ꝓpriũ ergo ſolus deus põt dare certitudinẽ ſigno practico ſui effectus. ſic ergo p̃z q̃ a ſolo deo põt inſtitui ſacr̃m q̃ tum ad ſignum certũ. inquantũ aũt abſolute eſt ſignũ practicũ poſſet inſtitui ab aliquo alio. ſed nõ cõgruit qz inſtitutio talis ſigni eſſet omnino fruſtra cum ex impoſitione nunqz ſine aliquo extrinſeco poſſet habere veritatem cum non ſit in poteſtate impoñtis nec vtentis

Nec cõgruit q̃ deus cõmittat inferiori ſe inſtituere ſacr̃m inquantũ certum ſignũ ne deus eẽt approbator ſigni falſi vel equiuoci. põt tñ ſacr̃m inquãtũ ſignũ ⁊ inquantũ certũ ab alio a deo ꝓmulgari vt a ꝑcone. ſed iſta ꝓmulgatio nõ eſt inſtitutio ſed ꝓſupponit inſtitutionẽz

Ex iſto p̃z an ſacr̃m ex inſtitutione ſua hẽat efficaciaz ſi. n. itelligať inſtitutio poſſe ipõ ad ſignãduz practice. dico q̃ nõ. ⁊ patet ex dictis. ſi autem intelligať inſtitutio determinatio quedã volũtatis ipſius inſtituentis ad coopandum illi ſigno. que inſtitutio nõ ẽ ꝑciſa ipoſitio ad ſignandũ practice. ſed cum hoc determinatio ſigni ad veritatẽ et ad certitudinẽ. hoc mõ ex inſtitutione habet efficaciã hoc eſt q̃ ſignatũ concomitet iſtõ ſigm Et ſicut in hoĩe eẽt alius actus realiter quo inſtitueret oſculũ vt ſit ſignũ recõciliationis ⁊ alius actus quo determinaret voluntatẽ ad iſtud ſignatum cãndũ ſigno exhibito. ita eſt in deo alius actus rõnis ad inſtituẽdum ſignũ ſenſibile ad practice ſignãduz effectũ dei. ⁊ alius quo determinat ſe realr̃ ad coopandũ tali ſigno regliter. i. ſemper quando indiſpoſitio ſuſcipientis non impedit. iſti tamẽ duo actꝰ ſimul cõcurrentes poſſunt dici vna ſacramenti inſtitutio cõpleta inquantũ eſt ſignũ certum ⁊ diſtinctũ a ſigno equiuoco. q̃ ſi hoc eſt de ratiõe ſacramenti vt videť ex illa particula efficax. ſequiť de rõne ꝓpꝛie dicta eſt q̃ a ſolo deo põt inſtitui ſi aũt nõ eſt de rõe eius: qz accidit ſigno vtrũ ſignatũ concomiteť ipſum vl nõ ſaltẽ ipſa perfectio ſuperaddita ratiõi ſacramẽti que ẽ veritas vel cõformitas in ſignãdo ad rem ſignatã requirit q̃ inſtituatur a deo ſiue q̃ deus determinat ſe regulariter cooperari illi ſigno.

De tertio articulo apparet ex primo. Naz ꝓ quocunqz ſtatu in quo eſt morbus neceſſaria eſt medicina. ⁊ ꝓ quocunqz ſtatu vie maxime poſt lapſuz cõgruũ eſt homĩnẽ manuduci ad inuiſibilia per aliquod ſenſibile. ſed in omni ſtatu vie maxime pꝰ lapſũ morbus eſt in nã ergo ꝓ omni illo cõgruũ eſt aliquod inſtitui ſacramentũ. In ſpeciali autẽ an plura ꝓtempore eiuſdẽ legis ⁊ que vel quot tangeť inferius. h enim tantũ queriť in generali de qũ ſicut de alijs cõditionibus ptinẽtibus ad inſtitutionẽ. Ex hoc apparet q̃ in ſtatu p̃ie nullũ cõgruit ſacr̃m qz tunc nõ idiget homo ſenſibilibus vt cognoſcat intelligibilia ptinentia ad ſalutem ſuam. neqz tũc indiget excitari ad querendum ptinẽtia ad ſalutẽ. qz eſt perfecte cõſecutus ſalutem.

Pro ſtatu ẽt innocẽtie nõ fuit cõgruũ inſtitui ſacr̃m ſicut poſt lapſum. qz ⁊ ſi tunc homo non potuit niſi ex ſẽſibilibus cognoſcere intelligibilia: tñ nullũ ſẽſibile fuit neceſſariũ tanquã cõferens ad ſalutẽ remouẽdo aliq̃ impedimẽtum ſalutis vt. ſ. poſſet dici ꝓpꝛie medicina

Ln vero mr̃imonium quod certũ eſt fuiſſe in ſtatu innocentie fuerit ſacramẽtum. de hoc inferius.

De quarto Primo oportet videre quo modo ſacr̃m poſſit diſtingui ⁊ ſecũdo ad ꝓpoſitũ. De ꝑmo ſciendũ q̃ ſacramentuz vno modo diſtinguiť quaſi vox in ſignificationes ſacramẽtum ꝓpꝛie ⁊ impꝛopꝛie dictũ. Alio mõ diſtinguitur quaſi ſuperius in inferiora. ⁊ hoc qdẽ triplr̃. cum. n ſit ſenſibile ſignãs aliq̃d vel põt eẽ aliud ⁊ aliud ſacr̃m qz aliud ⁊ aliud ſenſibile vel aliud ſacr̃m qz aliã ſignationem hñs. ⁊ hoc duplr̃ vel ſimplr̃ aliã reſpectu alterius ⁊ alterius ſignati. vel ꝑm qd ſeu imꝑfecte aliã reſpectu eiuſdẽ variati ꝑm magis ⁊ minus. Ad ꝓpoſituz dico q̃ in quacũqz lege põt inueniri ſacr̃m diſtinctũ ꝑmo modo. In qualibet enim lege ſicut fuit ſacr̃m ꝓpꝛie dẽz aliq̃d ex tertio articulo. ſic fuit ſacr̃m impꝛopꝛie dictum ꝑmo multa talia. puta a ꝓncipio genuflexiones inclinationes ⁊ ꝓſtrationes ad terrã ⁊ huiuſmodi. q̃ põt gnãliter dici ſacra ſigna. ⁊ ita impꝛopꝛie ſacra. hic ẽt poterant eẽ eadem ⁊ multa alia in lege moyſi ⁊ euãgelij. Sz loquendo de ſacro ꝓpꝛie dicto dico q̃ debuit cẽ aliud ⁊ aliud in alia ⁊ alia lege. ⁊ hoc nõ curando h de alijs ſacris. ſaltem hoc fuit cõgruũ de eo qõ inſtituebať vt medicina: ꝓtra morbũ originalis pcti. debuit ẽt eẽ aliud in rõne ſignis. ⁊ rõne ſenſibilis inſtituti ad ſignãdũ. Primuz ꝓbať. nõ qdẽ q̃ ſignatio eẽt ſimplr̃ alia ⁊ alia reſpectu alterius ſimplr̃. nãer quo in qualibet lege fuit medicina ꝺ eũdem morbũ nõ fuit ſimplr̃ aliud qõ ſignabať ꝓ tale ſacramentũ in alia ⁊ alia lege ſed debuit ſignificatio eẽ alia reſpectu alteriꝰ ꝑm minus ⁊ magis varisti. Qõ ꝓbatur. qz in ꝓceſſum generationis humane ſemꝑ creuit notitia vitatis. vt p̃z ꝑ Greg. ſup Ezechi. ergo cõgruuz fuit in lege poſteriori ſignũ inſtitutũ euidẽtius aſſignare ſignatum. lex autem poſterior ſemꝑ fuit ꝑfectior qz deus ordinate agẽs ꝓcedit de imꝑfecto ad ꝑfectũ. lex autez ꝑfectior requirit adiutoria perfectiora ad ſui obſeruationẽ. ergo lex poſterior debuit hẽre ſacramẽtũ ſignãs ꝑfectiorẽ gr̃am. ſic ergo cõgruũ fuit in alia ⁊ alia lege eſſe ſignationẽ aliã ⁊ aliã manifeſtiorẽ in poſteriori ⁊ reſpectu ſignati ꝑfectioriſ. Ex hoc ſequiť q̃ docuit eẽ aliud ⁊ aliud ſacr̃m quãtum ad ſenſibile ſignans. nam magis cgruum eſt ad ſignãdũ perfectiorem gr̃am ⁊ manifeſtiꝰ ſignandum nouum ſignum imponi q̃z antiquũ remanere. antiquuz enim ex ꝑma impoſitione nullo modo potuit aliud ſignare q̃z ꝑmo: ipſum autẽ ꝑmũ ſeu idem ſenſibile poni in ſecũda lege ad aliud ſignandũ q̃z ꝑmo. vel alio modo ſignandũ nõ erat ita congruũ ſicut aliud imponi. vt patet etiam in ſignis practicis inſtitutis a nobis: qõ rõnabilius eſt ad ſignificãdum perfectiorẽ effectũ nouum ⁊ manifeſtius imponere nouum ſignum q̃z antiquum remanere aut aliud ꝑius impoſitum de nouo imponere.

Ad argumenta ad primũ

dico q̃ deus non erat cauſa directe nec occaſio idolatrãdi. non enim inſtituit illa ſenſibilia quaſi in eis ſit. vel crederetur aliquid numinis ſed inſtituit illa tanq̃z ſigna effectus ſui creandi. ex quibus cognitio ⁊ directio viatoris poſſit haberi ad querendam ſalutẽ. Ad ſecũduz argumẽtuz inferius patebit. Ad tertiũ dico q̃ nullus alius a deo erat legiſlator: niſi ſicut preco pꝛenuncians legem ⁊ ita potuit eſſe ꝓnunciator ſacramẽtoꝝ huius legis ſed non inſtitutor. Ad quartum patet ex quarto articulo q̃ aliud ⁊ aliud fuit inſtitutũ ſacramẽtum ꝓ tempore alterius ⁊ alterius legis: ſaltem de illo ſacramento per quod fiebat ꝓncipalis diſtinctio legis a lege: quia in illo debuerunt homines eiuſdem legis ⁊ inter ſe conuenire et ab alijs alterius legis diſtingui.

De differentia sacrorum veterū ⁊ nouorum.

Jam uidere restat de differentia sacramentorum veterū ac nouorum vt sacramenta vocemus que antigtus res sacras signabant vt sacrificia ⁊ oblationes ⁊ huiusmodi. Eorum autem differentiā breuiter augus. assignat dicens: qz illa promittebāt tm̄ ⁊ significabant. hec autem dant salutem.

Truz sit possibile

aliqō sacrm̄ quantūcūqz perfectum habere cālitatem actiuā respectu gre conferēde. q̄ sic Aug. sup Jo. omel. 80. ⁊. j. q. j. detrahe. Que est virtus ista aq̄ vt corpus tāgat ⁊ cor habilitat, loquit de aquā baptismali. ergo illa cor abluit, cor autē. i. aīa non abluit nisi per gr̄am. vel gre cām. g̃ rē.

Item magist̄r ponit in littera rōnē sacramēti. i. signū gratie. i. vt eius similitudinem gerat ⁊ cā cristat. ⁊ per hō assignat dr̄iam sacror noue legis ⁊ veteris. qz illa veteris erāt tm̄ signa gre. ista noue le. non sunt solum signa sed cāe. ergo cē cām gre est cōditio cōplectiua in diffinitione sacri perfecti. Item in quadā oīone petit ecclesia. Perficiant in nobis dñe tua sacra que cōtinent. Ex hoc arguit duplr. p̄mo qz petit gr̄a ⁊ nō petit impossibile. ergo est possibile sacra efficere gr̄am. Secundo qa inuit sacra ptingere qō petitur. s. gr̄am. Non autez obtinent eam formaliter. pz ergo virtualiter aut causaliter

Contra Ber. in sermone de cena dñi. Sicut inuestitur canonicus per libz̄. abbas per baculū. epūs per aīnulum. sic diuisiones gr̄arum diuerse sunt tradite a sacramentis. pz q̄ illa de q̄bus exēplificat sunt tm̄ signa ⁊ nō cāe. Item aug. 83. q. q. 35. Quedam sūt que deus efficit per seip̄m sicut est illuminare aīas. ergo ⁊ sic causat gr̄am. Item si sacrm̄ eēt causa gre aut vniuoca, aut equoca. non vniuoca pz: qz nō pōt esse gr̄a formalr in sacro nec equoca. qz cā equoca est simplr perfectior suo cāto. nobilius autem aliqd vel eminētius gr̄a: non pōt eē in re sensibili vt in subiecto ei⁹.

Arta hoc queritur

vtrum possibile sit in aliquo sacro eē aliquam virtutē supnaturalē. q̄ sic. Per aug. auctoritate supradicta. Que est ista virtus aque rē. Item medicina cōtinet formaliter aliquā virtutem actiuā respectu sanitat̄ Sacrm̄ est medicina aīe ⁊ hoc perfecta. g̃ rē. Itez noua relatio nō aduenit alicui sine nouo fundamēto. pz ga. 5 phȳsicor. ⁊. 7. Non est motus neqz mutatio ad relationem, nisi quia ad absolutum. Nunc autem illud quod ponit signū sensibile in sacro habet relationez nouā g̃ in illo est aliqua forma absoluta noua. illā dico supernaturalē virtutē noua Ad oppositum Si ponat talis virtus non pōt poni pertinere ad aliquod genus entis omnis aūt forma absoluta pertinet ad aliquod genus entis. ergo ꝓbatio p̄me qz discurrendo per oīa genera non posset pertinere nisi ad genus qualitatis. Sz nec ad illud patet discurrendo p oēs species eius non enīz est habit⁹ vel dispō, nec nālis potētia vel impotētia. nec passio vel passibilis qualitas nec forma vel figura g̃ rē. Preterea ad idē sacramentū q̄nqz ꝯcurrunt diuersa sensibilia vt infra patebit in sacrāmētis noue legis. Sed idez accidēs reale absolutuz non pōt esse in diuersis sūis g̃ nō pōt esse aliqua vna virtus que sic sit forma absoluta realis in tali sacrāmēto. Unius autez sacramenti est vna virtus rē. Itez oē accidens reale spirituale est simpliciter perfectius quocumqz accidente nāli. probat. qz in illud nō potest causa nālis, in istud pōt. ⁊ ista impotentia nō videt eē nisi propt eminentiā effectus. si ergo in sacramētis esset aliqua virt⁹ supernaturalis: illa esset simpliciter nobilior omni q̄litate nāli. g̃ in verbis sacramētalib⁹ alicuius sacramenti esset aliquod accidēs absolutū simpliciter perfectius oī pfectiōe intellectualis creature qō ē incōueniēs.

Jn istis questionib⁹ est vna opinio tenēs partem affirmatiuā quantū ad p̄mā questionē dicit. q̄ oēs cogunt ponere sacramenta no. le. esse aliquo mō cās gratie tū ꝓpter auctoritatē sanctor̄ s. Augu. adductā ad principale ⁊ aliorū. tū ꝓpter communes dictū q̄ sacramēta no. le. hoc efficiūt qō figurāt ⁊ p̄m istos sacramēta nō possunt poni causa gratie sine qua nō tantū. qz cā sine qua nō que nihil pōt facere ad effectum efficiendo vel disponendo nihil causalitatis habet supra rem nisi sicut causa per accidens. sacramentū autem non est causa gratie per accidens tum quia non poneretur in eius diffinitione: cum tamen hic ponat magr̄ in diffinitione sacri. tum qz illud qō est per accn̄s non ptinet ad artē in porphyrio. Sci aūt de sacramētis tractātes p̄cise vel p̄cipue tractāt de cālitate eorum respectu gre. pz qz per hoc sacra no. le. ⁊ ve. distinguuntur vt dicitur in littera. si aūt ⁊ hec ⁊ illa tm̄ significarent gr̄am. Iz ista possent pfectius signare q̄z illa: tm̄ non eēt distinctio in rōne cāe ⁊ nō cāe. non enīz eēt distinctio nisi per aliam ⁊ aliā rōnem signādi. qō nullo modo tribuit rōnem cāndi ⁊ non cāndi. Qualiter ergo sacramētum sit cā gre ponit sic. qz efficiens distinguit dupliciter. vno modo ex parte effectus in dispositiū qō inducit effectū p̄uiū ⁊ ipfectū qō iducit effectū p̄ncipalē. alio⁹ ex parte efficientis in p̄ncipale ⁊ instr̄ale. Instrumentum aūt duplicem hz actionē. vnam ex natura ppria. aliā put motū est a p̄ncipali agente. ⁊ qñ hz secūdam simul hz ⁊ p̄mam ⁊ per scām attingit ad aliqd vltra illō ad qō attingit per p̄mam. alis nō eēt instr̄m. ⁊ illud ad qō attingit p scāz q̄ ē eius inquātū motū est vel instr̄m aliqñ est terminus p̄ncipalis agētis. aliqñ est tm̄ dispō ad illum terminū. Ald ꝓpositū aqua p formā suaz naturalem hz opationē ppriā. s. abluere vel madefacere corpus. Ulterius aūt inquātum est instr̄m diuine miserior̄die habet effectū vltriorē. nō gdem ad gr̄am tanquam eam attingat etiā in virtute p̄incipalis agentis sed ad dispōnem p̄uiā que in q̄busdā sacramētis est character. in q̄busdā est aliqs ornatus aīe ꝓportionatus caracteri. Sic ergo sacramētum nō agit ad gr̄am sz dispositue. qz nec per actionē que est eius tanq̄z instr̄m attingit illā sed dispōnem p̄uiā. ⁊ p̄m istos istud ē cōsonū dcō magr̄i in littera qui dicit q̄ homo nō querit salutē a sacramētis quasi ab eis: sed per ea a deo. hec. n. ꝓpositio denotat cām agētem. per vō notat cām instr̄alē.

Secundum istam opposi. dicitur ad secūdam questionē q̄ in sacris est aliqua virtus supernaturalis que non tm̄ est ordo ad effectū. qz virtus semp̄ noīat p̄ncipiū agendi. p̄ncipiū aūt actionis vt ꝓbatur. 5. phȳsi. est aliqua forma absoluta. Qualis aūt sit illa virtus oñditur per distinctionē. Nam virtus q̄ ē p̄ncipiū agendi semp̄ ꝓportionat agenti. agens autē p̄ncipale p̄m exigentiam sue forme: ideo virtus actiua in eo est forma habēs cōpletum cē. Instrumētum autem agit vt motum ab alio. ⁊ ideo competit sibi virtus vt ꝓportionata motui, motus aūt est ens incōpletum quasi ens mediū inter potētiā ⁊ actū, z. phi. ⁊ ideo virtus instrumenti inquātum est huiusmodi hz esse incompletum, nō fixum in natura. sicut virtus imutādi visum in aere inquātum est instrumētum motū a corpore, sed hm̄⁹ entia imperfecta que sunt in fieri solent intētiones cōmuniter noīari eo modo quo virtus in aere ad imutandum visum dicitur intentio colozis. virtus ergo spiritualis

q̄ ē in sacramēto in q̄tū instrumentū est in eo/quasi in fieri tanq̄ ens incōpletū siue intentiōale. Et si arguitur q̄ in corpore nō pōt ee aliqua virtus spiritualis respondeť ꝑm dicta. q̄ licet non posset ibi esse virtus spiritualis ꝓ̄z ee cōpletū. pōt tn̄ ibi esse ꝓ̄z ee incompletuz per modū intentiōis sicut exemplificať in multis ¶Primo quidē qa sic sermo audibilis cā existens discipline. ꝑm phm in ꝑncipio de sensu ⁊ sen. cōtinet qōdammō intentiones cuius cōceptus quodāmodo exprimiť per sermonē. Scdo sic. Virtus artis est quodāmodo in instrumēto moto ab artifice. Tertio sic. In motu corporis celestis est quodāmodo virtus substantie seꝑate mouentis ꝑm phos. Quarto sic. semen agit in virtute anie. vt dr. xi. de aialib⁹. ⁊ tāgitur a. Cōsi. 7. met. c. xi.

Contra istā opi. Quantū ad illa q̄ ponit ad primā questionē arguiť primo sic. Creatura non pōt agere instrumentaliť ad terminū creationis ꝑm ipsum. ⁊ hoc vt dicit alibi maxime verū est de substantia corporea cuiusmodi est sacramētū dispositō autez proxima ad gratiaz qualez ponit est terminus creationis. minor probať. quia illa dispositio est simpliciť forma supernaturalis. ⁊ quelibet talis eque nō est educibilis de potentia naturali subiecti recipientis. eque etiā subiectū est in potentia obedientiali ad quācunq̄ talez formam. Itez ista dispositio respectu gratie cum secunduz ipsum sit necessitans respectu gratie quando nō ē ipedimentuz in suscipiente sequiť q̄ simul fiant in anima non indisposita ista dispositio ⁊ gratia. ista ergo dispositio fit in instanti sicut ⁊ gratia. Hoc etiaz patet. quia non est successio in inductione alicuius forme nisi penes partes mobilis. vel penes partes ipsius forme neutruz autē est hic primum non quia subiectum est indiuisibile. Scōm non quia tunc gradus forme non posset esse nisi talis dispositio fieret continue maior ⁊ minō sed possibile est in aliquo suscipiente sacramentū minimaz dispositionē induci sicut ⁊ minimā gratiaz infundi ad istaz autē gratiā non requiriturnisi minima dispositio. non ergo ibi successio penes gradus ꝑm quos dispositio successiue inducať. ¶Patet etiā tertio illa proꝓ̄positio quia instrumentū non agit nisi in virtute ꝑncipalis agentis ergo si instrumētū potest agere in tempore ad istaz dispositionē: sequiť q̄ deus aget in tempore vel successiue ad eandem. consequens videtur inconueniens. tum propter infinitatem potentie agentis tum propter summam capacitatem suscipientis non habentis contrarium. sic ergo supponatur ex istis trib⁹ ꝓ̄positionibus. q̄ illa dispositio ꝓ̄uia ad gratiam q̄z ponunt inducatur vel induci possit in instanti. sacramēta autem non possunt habere actionem suam in instanti probatio. quia communiter in sacramentis requiruntť verba multa vt patebit inferius. illa autem non possūt habere se in instanti. ergo in tempore. quare nec agere actione sua naturali. ergo nec supernaturali. quia secundū eos quando instrumentum habet actionem excedentem suam virtutem habet etiam actionem ꝓ̄priam.

Si autem fingatur aliquaz vnam syllabam totius orationis instrumentalem habeť esse in instanti quod ideo fictio est. quia formatio huius syllabe est cum motu locali aeris ⁊ motus non est in instanti. Adhuc non saluatur ꝓ̄positum. q̄ aut illa eēt ꝓ̄ima syllaba. aut vltima. aut intermedia quecunq̄ ponať: ex quo illa hēt actionē ⁊ dispositionem illam que cātur in instanti. ⁊ nulla alia. sequiť q̄ illa sola sufficeret. ⁊ inter omnes alias haberet rōnem sacramēti. q̄ omnes alie ꝓ̄ter illam nec instrumētaliter nec quocūq̄ modo agūt dispositionem illā ꝓ̄uiam. quod ē inconueniens. q̄ in tali oratiōe sacramentali nulla vna syllaba ponit sacramētum. sed tota oratio. Nō si vltra fingas vltimaz syllabaz ee sacramētum cōpletiue ⁊ hēre actionē istā que attribuitur sacramēto non in virtute ꝓ̄pria sed in virtute omnium ꝓ̄cedētium. sicut vltima gutta in virtute oīum ꝑcedentium cauat lapidē. ꝯ. phi. ¶Hoc nihil ē. nū q̄ enī in talibus vltimū cōpletiue causat effectum i virtute ꝓ̄cedētiuz. nisi q̄ ꝓ̄cedentia derelinquerūt aliq̄z dispositionez ꝓ̄uiā ad illū terminuz. hic autē syllabe ꝓ̄cedētes nullā dispositionē talē relinquunt ante vltimaz. q̄ ē. Itē in aliq⁹ sacramēto. s. eucharistie non videtur ista causalitas ee possibilis. ⁊ hoc siue loquamur de sacramēto pleno. s. eucharistia iā consecrata. vel de ipa consecratione sacramētali. que ē via ad sacramētuz nam ꝓmo modo loquēdo spēs illa panis nō videtur ee cā instrumentalis attingēs effectuz. s. existentiā realez corporis xp̄i hic. neq̄ hēt aliquā dispositionē ad illū effectū. ¶De consecra. etiā patet. q̄ illa ꝫba ꝓ̄lata non attingūt trāsubstātiationē qui ē termin⁹ ꝑncipalis huius consecratiōis. cum illa transubstātiatio nō fiat nisi virtute dei infinita. qō eque vel magis patet q̄z de creatione. neq̄ attingit aliquā dispositionez ꝓ̄uiaz ad illam transubstātiationez. q̄ aut illa dispositio ē in pane aut in christi corpore. neutro mō potest dari. nō enim in corpore: quia iam nō esset dispositio nec in pane. q̄ cuz illa dispositio esset necessitans ad transubstantiationem esset in eodem instanti cum transubstantiatione. ⁊ tunc in illo instanti esset panis. quia quādo est dispositio ad eius subiectum. simul ergo esset panis in eodem instāti in quo ē illa dispositio ⁊ transubstantiatio. quod includit contradictionem. Similiter pura fictio videtur esse q̄ per ista verba. hoc est corpus meū. magis alteretur realiter panis. q̄z per alia verba ꝓlata scilicet iste panis ē albus. ⁊ huiusmodi. cū sonus nō habeat virtutez activam ad causanduz alterationem realē in pane. ¶Possz etiaz argui vt ꝓ̄ius. q̄ illa verba sacramentalia habēt esse in tēpore. ergo ⁊ actionem suam ꝓ̄cise in tempore. Illa autē dispositio ad eucharistiā si fingatur non potest poni causari in tempore ꝓ̄pter similes ꝓ̄positiones que supra tacte sunt in tertio articulo. In ꝓ̄posito etiaz est ratio specialis. quia verba consecrationis eucharistie non possunt habere actionem respectu transubstātiationis seu dispositionis necessarie ad transubstantiationem. quia non ꝓ̄ius agunt circa passum q̄z tangant ipsum secūdum eos. ⁊ secundum philosophum. 7. physi eorum ꝺe simultate agentis ⁊ passi. nunc autez in instāti complete ꝓ̄lationis nondum species illorum verborum tangunt speciem panis. quia multiplicatio soni fuit nisi in tempore secundum philosophum in de sensu ⁊ sensato obiectione penultima. ergo per tempus post instans vltimum complete ꝓ̄lationis verborum non dum transubstantiatio facta est. nec dispositio ꝓ̄uia ad ipam. ergo panis per totum illud tempus permāet. quod est contra communem opinionem de eucharistia⁹.

Quarto arguitur q̄ ista opinio ponit pluralitatem sine necessitate. quod est contra doctrinam philosophorum patet ꝓ̄imo physicorum de opinione Melissi. ⁊ eius commendatione vltra Aristo. t. 3°. de anima. ⁊. 7. physicorum q̄ natura nihil facit frustra. semper enim si sufficit paucitas ad saluandum apparentia est magis ponenda. sed talem dispositionez fieri in sacris oīo videť superfluum. nec h⁹ pluralitatis videtur esse aliqua necessitas vt patet in eucha⁹. quia purissima fictio videtur esse ponere ibi aliquam dispositionem ꝓ̄cedentem. vt inter species panis que sunt sacramentum. ⁊ inter existentiam corporis christi que est res signata⁹. In alijs ēt sacramentis hoc probatur nam in illis/que non imprimunt characterem nulla necessitas videtur ponendi/lam dispositionem que dicitur ab illis ornatus. immo hoc videtur esse contra communem doctrinam theologorum. In quibuscunq̄z enim sacramentis imprimitur dispositio ad effectum ꝑncipalem. si ꝓ̄pter obicē in suscipiente non causatur tunc effectus ꝓ̄ncipalis cessante obice sufficit dispositio ad illum effectum ꝓ̄nci

palem. apparet in sacramentis imprimentibus charac terem. que propter hoc non sunt iterabilia. sed in ficto penitente cessante fictione nihil est quod sufficiat ad effectum vere penitentie. alioquin non oporteret talem fictе confessum de eisdē peccatis iterum confiteri als ergo in tali sacramento nulla imprimitur dispositio quasi necessitans ad effectum sacramenti.

Contra opinionem istam.

Quantum ad secundam questionem arguo sic. primo. Illa virtus supernaturalis si sit in sacramento. aut est ibi indiuisibiliter. id est aut tota in toto ⁊ ī qualibet parte. aut tota in toto. ⁊ pars in parte. non primo modo qz inter omnes formas perficientes materiam. sola intellectiua ponitur talis. Non secundo modo quia tunc extenderetur per accidens in subiecto. quod est contra rationem virtutis spiritualis. Item in sacramentis communiter requiruntur verba multa vt patebit inferius vel ergo in qualibet syllaba esset eadem virtus omnino. vel in alia esset alia ⁊ alia virtus. Si primo modo oporteret dicere q̄ idem accidens migraret de subiecto in subiectum ⁊ maneret postq̄z subiectū deficit. Si secundo modo. sequeretur q̄ sacramentum consistens in tota oratione non haberet aliquam virtutem vnaz. Et si dicas q̄ hz aliquam virtutē aggregatam ex multis virtutibus multarum partium. hoc improbatur p argumentum tertium contra opi. ad questionem precedentem. non enim esset dare quelibet arum virtutum esset principium causandi illum effectum spiritualem in anima. nec videtur probabile q̄ sacramentuz vnū formaliter cum hoc ratio formalis sit ex ratione virtutis supernaturalis. habeat tot virtutes supernaturales aggregatas. Item quero quando ista virtus supernaturalis causatur in isto sensibili pertinente ad sacramentū aut ante applicationem ad actum siue vsuz. aut in ipa applicatione. si ante. ergo causatio eius est pure miraculosa. quia est per actum diuinum. ⁊ non per aliquam dispositionem puram siue firmatam cum ecclesia. naz non sequitur ad aliquid propter quod possit dici qualiter consequens naturaliter sine miraculo. sicut de animatione. si vero causetur in applicatione ad vsum videtur ī conueniens. nullum enim instrumentum formaliter est ideo aptum ad vsum: quia aliquis vtitur eo vt instrumento. patet hoc inductiue ⁊ ratione. Nam idoneitas instrī precedit naturaliter vsum instrī: vt instrīm ē non enim quia immergo pueruum siue vtor aliquo sensibili ad actum sacramenti ideo recipit illam virtutem spiritualem. non est ergo dare quando recipiat. Ultimo arguitur sicut prius. q̄ hic ponitur pluralitas sine necessitate. non enim patet aliqua necessitas talis virtutis q̄ fingit in sacro. neqz hz rōez nāle māi^m ē. nz hm fidez. qz sicut sequēti rōnem nālem non sunt ponenda plā nisi que rō naturalis cōcludit. ita sequēti fidem nō sunt ponenda plura hz veritas fidei requirat. veritas aūt fidei nō requirit ponere talē virtutem supernālem in aqua vel in verbis. patebit inferi^o. nec aliqua rō cogit ad istam pluralitatem. ergo. ⁊c. Exempla q̄ adducta sunt de virtute recepta in instro non cōcludūt. pri^m de sensibili hm one accipit manifeste falsum. naz sermo audibilis nō habet in se formaliter aliquā intentionem anime. quod probatur qz sermo non ipositus ad signādum nullam talem formam habet in se. patet hoc in omnibus. p ipositionez aūt non recipit aliquam absolutā formam nec relationem nisi forte rationis. Hoc etiaz probatur aliter. qz eodem existente agente principali. instrumento sufficiente sequitur eadem actio. Sed si latinus proferat verba latina greco idem ē agens principale ⁊ instrumētuz. qō esset si loqueretur alij latino. tamen nō sequitur effectus. qz nullus conceptus causatus in greco audiente. ergo ille sermo non erat istīm

ex se ad causandū anime conceptum in audiente. fallit ḡ ex^m p tātoq̄ sermo audibilis ē signū rememorationū respectū precepti. ita q̄ scā immutatiōe sēsus ab ipo hmōe et vltiº itellecta natura eiº in hz^m tal' nā ē itellectus cognoscens ipsum esse impositum ad significandum talem naturam. ex collone eius ad illud aliud. intelligit illud aliud non ita q̄ sermo per aliquam formam causet conceptum de aliqua re sed sermo est ptius ad conceptum de re qui causatur per propriam speciez rei vel fantasma in anima. quod patet quia quantuncunque sermo proferetur si audiens non haberet in se speciem rei prolate nullus cōceptus causaretur in eo de illa re. vnde per voces non intelligimus res nisi quaz habemus species sed q̄ actualiter eas consideremus hoc est propter cōclusionem signi ad signatum. 2^m ex emplum de instrumento artificis non concludit. valde. n. improbabile videtur q̄ aliqua forma spiritualis totiēs cāret in serra quotiēs mouet ab artifice ⁊ totiēs d̄ sinat cē q^tiēs dsinit actu moueri. 3^m ex^m d̄ motu non cogit: qz quomodocūqz substāt se causent a celo saltē motus localis celi non pōt cē formale pncipium pducēdi eas. Et similiter de quarto exēplo de generatione aialiū quere. 2. li. di. 8.

Ad primam ergo questionem est alia opi. quere in benī. quolibet. 4. q. vltima.

Contra istam opi. deus non est aliter hm cētiaz presentiam ⁊ potentiam in sacramento hz in alio corpore. ergo si ponaī aliter hoc non est nisi ad aliquem effectum causandum. sed q̄ sic sit ibi non potest esse per aliquaz causalitatem sacramēti. sacramētum' aūt nullo modo ē causa deum determinās ad causandum effectū sibi ppium. ergo tñ est ibi hōc modo aliter hz in alio corpore ex determinatione ppie voluntatis qua dispōit sic opari. hec aūt dispositio manifestata ecclesie dicitur promissio vel pactio. ergo nihil aliud dicit ista opi. hz illud de opinione alia. s. de pactione.

Ad primam ergo questionem dico q̄ cum necessitas eorum que sunt ad finez sumatur a fine ⁊ hm oēs loquentes de sacramentis finis sacramenti est gratia vel aliquis effectus dei inuisibilis disponens hominem ad salutem ⁊ iste finis possit sufficienter haberi eo modo quo habetur per sacramētū absqz hoc q̄ dicatur sacramentum habere aliquaz actiōez ppie dictam siue respectu gratie quam non potest attingere cum illa creet. siue respectu dispositiōis supernaturalis prenie qz illa etiam crearetur sequit q̄ nō sit ponenda talis actio. cum nec ista plura sint necessaria: nec manifeste ponibilia. Qualiter autez cum hoc saluetur q̄ sacra sunt causa gratie non tñ per accidens. et q̄ per sacramenta habetur gratia sicut sancti loquunt. dico breuiter q̄ omnis dispositio necessitans ad formam que non est ratio receptiui pōt dici quodāmodo causa actiua siue causa instrumentalis respectu forme. ipsum autem sacramentum siue susceptio sacramenti est talis dispositio ⁊ immediata non causans aliam dispositionem mediam inter se ⁊ gratiam. ergo ipsa potest dici quodā mō causa actiua vel instralis respectu gre. maior. pbat p exēpla ⁊ prōnem. Pri^m ex^m istius est. quia absolute cōcedit q̄ merita sunt causa instrumentalis respectu premij. ⁊ q̄ p merita acquirit premiū. tñ merituz non causat actiue pmiū in se. nec aliquaz dispositionem mediaz. sed solūmō ipmmet est dispō prenia ad primum nō tñ ratio receptiui. Aliud exemplum. motº aliqº modo ponit cā respectu termini. ⁊ vere ⁊ proprie cōceditur q̄ per motum acquirat terminus. ⁊ tamen non motus habet actionem aliquam ad causandum terminum. neqz etiam dispositionem intermediam. sed ipse met est dispositio proxima ad terminum. non tamen ra

tio receptiui. Item maior eadem probatur ratione qđ est causa prioris non propter hoc est causa posterioris nisi illud medium sit causa tertij, & hoc aliquo modo in eodem ordine cause, agens causans dispositionē proximam ad formam secundum eos conceditur esse aliquo modo causa respectu forme. oportet ergo q dispositio proxima ad formam reducatur ad genus cāe efficientis respectu forme. Est ergo modus iste. q susceptio sacramenti est dispositio necessitans ad effectū signatū p sacramentū ñ qdez per aliqđ formā intrinsecā p quā necessario cāret terminū. vel aliqđ dispositionē p uiā. sz tm̄ p assistentiā dei causātis illū effectū. nō necessario absolute. sz necessitate respiciente potētiā ordinatā. disposuit. n. vlr. & de hoc ecclesiā certificauit q susscipienti tale sacramentū ipe ꝓferret effectū signatū. nec obstat q susceptio sacramēti est aliquid circa corp⁹ ipius susscipientis. gratia aūt cātur in aia. qz sufficit q dispō & forma sint in codē suppposito. & maxime qñ dispō nō est dispō ex pte rei. sz in ordine ad agens volūtarie causās terminū. Ad intellectū h⁹ sciendū q instrumentū cō munissime acceptū extēdit qđqđ ad cām scđam. vt tactus est in ꝑma. q. ꝓprie aūt vt distinguit ꝑ cām scđam qđqđ vero accipitur ꝑ eo qđ est ps per quaz totū agit & sic loquit phs vocās. 2. de aīa organa sensuum & aliarū potentiarū istarū instrumenta siue partes per quas totū operat tales operatiōes. Alio mō instrumentū dr cā actiua ad dispositionē puiā. 3° mōdo instrumentuz sicut instrumentū in arte, & ab isto ꝑmo tractū est hoc vocabulū. De isto aūt dubiū est an sit actiuuz ꝓprieꝛ vl ꝓbabilius q nō. Serra. n. nō hz in se nisi q̄titatē figurā & motū localē. de quib⁹ oīb⁹ pz q nō sūt forme actiue & ꝓbat qz alr mathematicus ꝯsiderādo q̄m figuratū ñ abstraheret a motu si aūt ponat q duricies sit q̄litas actiua. hoc nihil est. qz si deus de potentia absoluta aliqđ quantū molle ꝓseruaret in eadē q̄litate & figure mouendo ipm localit eque diuideret aliqđ corpus sicut modo instrumentuz duz diuidit ergo duricies que est qualitas nō est formale ꝓncipiū agendi. apparet tm̄ eē ꝑ q̄ est q̄ dā impassibilitas resistens corrūpenti. manente aūt q̄titate corporis & figura nō mutato a⁹ nec corrupto si localit moueā oz q expellat aliud ꝓportionatū q̄titatis siue & figure qđ nō oporteret si eius q̄titas nō maneret sed cederet. sicut ē de molli. ℔ ꝓbat ēt ꝓpo⁹. qz vbicunque ē formalis incompassibilitas inter aliqua vnū illorū nō expellit aliud actiue sz tm̄ formali. agēs aūt inducens vnū esse ectiue expellit aliud effectiue. corpora ät videnē hīe incōpossibilitatez respectu vbi eiusdē. sicut q̄litates ꝺ̄rie respectu eiusdē ſbi. sicut ergo idē agēs effectiue inducit calorē. ita frigus expellit. nō aūt effectiue calor expellit frigus. sed tm̄ formaliť. Ita in ꝓpō de expulsione corporis ad vbi per aliud corpus. diuisio aūt ligni per serrā vel securiz nō est nisi quedā expulsio partū ab vbi ad qđ mouet securis ab ipo artifice cedēdo.

Tenendo igit q instrumēta artificialia non sūt formaliť actiua sz tm̄ sunt receptiua cuiusdā effect⁹ prioris ordinati ad effectū vltimuz apparet magis ꝓpo^m quō sacramentū pōt dici instrumentū sz nō bēat virtuē actiuam ꝓprie respectu termi. sz sit quidā effect⁹ p̄or ordinatus ad gram. Et si dicat nō eē sile. qz sacramētū nō suscipit illū effectuz p̄orē sicut securis recipit motionē. hoc non obstat. qz sicut totū illd qđ recipit effectū p̄orē pōt dici instrumentū. ita & quodāmodo iste effect⁹ pōt dici instrumentū. vere. n. pōt dici q ꝑ motionē serre lignuz diuidit. sacramentū ät siue susceptio sacramēti ē effect⁹ ille p̄or in ꝓposito. ergo &c.

Ad questionem secundam patet per idem q necmanifeste possibile nec neciuz est ponere illā vtutē q̄ sit forma realī sacfor: vt quid. n. toties generaret & corrumperetur: nec per illam si poneretur aliquid causaretur in anima: nec causaretur ipsa regulariter nisi ex pactione diuina cū ecclesia: & sic sine tot superfluis in aq & anima intermediis potest saluari q pactio diuina sit immediata respectu effectus conferendi recipienti sacramenta. Si tamen fiat alter creatio propter auctoritates de isto vocabulo virtus potest dici q virtus vno modo est vltimum de potentia. secundo celi & mundi. vltimum aūt potentie signi practici est q significet efficaciter hoc est prouie & certitudinaliter. nam non posset signo inquantum practicum est competere maior potentia talis virtus potest concedi esse in sacramēto. sed ista non ē aliqua forma absoluta. sz tm̄ relatio cō formitatis signi ad signatū. Et siue ista ptineat ad eēntiaz sacramenti. & tunc oporteret q sacramentū non tantū includat rōnē signi cum suis differentijs. sz etiā aliqđ rationē cōformitatis ad signatū. que dicitur veritas in signo. & pz q istarū relationū vna accidit alteri & quasi posterior fundat in alia p̄or formitas. n. in signo fundat & posset esse signū sine ea siue ista non ptineat ad rationē sacramēti sed sit accidēs cōcomitās vt in pluribus. saltē ista rō est illud vltimum de potentia signi practici. & sic virtus.

Ad primuz autez dico q aqua abluit cor .i. anīmā nō quidē cāndo dispositionē mediā inter ipsaz gratiā & abluentem. sed abluit tanqđ dispositio proxima & ūmediata ad gratiam eo modo quo dicit q meritū inducit beatitudinem. vel q ſfectio siue alia h⁹ ꝓparatio inducit sanitatez. si enī causaret dispositionē ad gratiā & sic diceret abluere ad hoc oporteret illā dispositionē imediatius abluere. sicut argutuz est supra ordine causaruz respectu tertij. Ad 2^m dico q magister in diffinitione sacramenti per hoc quod addit: & causa existit. nihil aliud intelligit nisi q est signum efficax. per quod intendit q sit practicum certum & verum & prouium naturaliter ad suū signatum. ℔ per idem dico ad illud de distinctione sacramentorum no. le. & ve. non enim distinguūt per illud quod neutri illorum potest conuenire. s. actiue agere aliquid spirituale in anima. sed ista no. le. gratiam causant tanqđ signum efficax. illa autem ve. le. non loquendo de sacramentis. i. de cerimonijs illius. De hoc patebit in sequenti questione. Ad aliud dico. q si motio serre esset dispositio prioris ad inductionem alicuius forme. & non ex natura alicuius motionis agentis simul cooperantis: posset ratiōabiliter peti ab illo agente q illa motio perficeret id qđ continet hoc est dictum. q sicut continet illud tanqđ dispositio p̄cuia: sic perficiat illud. hoc est ad ipsam immediate sequitur illud. hoc mō ē ei in ꝓposito.

Ad illa que adducuntur in prima opinione patet ex istis. sacramentum enim non est tantum causa per accidens sicut nec ipse poncret ornatū vel charaterem esse causam per accidens respectu gratie immo sicut poneret illud causatum a sacramento esse per se dispositionem ad gratiam ita dico q sacramentum vel e⁹ susceptio est dispositio prioria ad gratiam. & per hoc patet quomodo ponitur in diffinitione eius. & quomodo pertinet ad artem tractantium de sacramentis si enim aliquis considerarer incisionem vel aliquid huiusmodi inquātum ordinatur ad sanitatem humanam diffiniret ipsam & differentiam assignaret per ipsum ordinem licet ipe ordo accideret nature rei in se. hoc mō sancti doctores non curantes de baptismali ablutione quantum ad naturam in se. non magis q̄ de natura balneationis cuiuscunq per se considerant illud inq̄tum ex institutione diuina habet ordinem ad gratiā. & ideo sic diffiniunt & differentias assignāt.

Ad primum argumentum secunde. q. patet q v̄tus illa est efficatia signi respectu signati. q̄ efficatia non est forma realis maxime absoluta. sed est veritas signi practici virtualiter precedentis signatū.

Ad 2m si sanitas non posset nisi ab agente voluntario induci, & ab ipso institueretur aliquod signum quod esset efficax seu dispositio necessitans ipsum ad inducendum sanitatem. illud signum esset medicina virtuosa non tamen per aliquam formam absolutam que esset principium sanandi. sed tantum per ordinem efficacem. ad sanitatem. Ad 3m potest dici q quotiens sacramentum est nouum totiens fundamentum est nouum. & tunc non est ibi noua relatio sine mutatiõe fundamenti. sed illa mutatio non est ad aliquod absolutum in fundamento, sed ad esse fundamenti. Uel aliter dici potest q relatio rationis potest esse noua in aliquo absq omni nouitate absoluti in ipso, sufficit. n. noua comparatio absoluti ad alterum per actum intellectus. hoc modo potest de9 dici dominus de nouo sine nouo absoluto in ipso. vel magis ad propositu potest numus dici precium de nouo. esse enim precium non dicit nisi relationez rationis. sicut nec esse cõmutatum p alio esse. esse enim commutatum non magis dicit relationem realem q esse datum. datum autez vt manifestuz est cum dicat habitudinem obiecti ad voluntatem. nõ dicit nisi rationis relationem in ipso dato. sicut nec intellectum esse in obiecto intellecto.

De circumcisione.

Fuit tamen inter illa sacramẽta sacrm quoddã. s. circũcisiõis idẽ oferẽs remediũ ẽtra pcm̃ qõ nũc baptism9. Añ augu. Ex quo instituta ẽ circũcisio i pplo dei querat tũc signaculũ iusticie fidei ad purgationẽ valebat magnis & puulis orgialis veteris q peccati: sicut baptism9 ex illo valere cepit ad innouationẽ hois. ex quo institut9 ẽ. Itez Beda. Idẽ salutifere curatiõis auxiliũ circũcisio in lege ẽtra orginalis pci vuln9 agebat: qõ baptism9 agere reuelate gre tpe ꝛsueuit. excepto q regni celestis ianuã nõdũ itrar poterãt Tñ i sinu abrae post mortẽ rege beata ꝛsolati supne pacis igressũ spe felici expectabãt. Mis apte tradit̃ p circũcisionẽ ex quo instituta fuit s. remissionẽ pci orgialis & actualis puulis et maiorib9 a deo ꝓstitã, sicut nũc p baptismum datur.

Augu9. ad valerium ꝛ iulianũ.

Beda sup euãgelium.

Fit tamẽ. Hec est pars incidẽtalis h9 di. in qua magister determinat de circumcisiõe: circa quã querit vtruz in circunciſiõe ex vi circũcisiõis cõferebat̃ gra. q nõ. pbatõ. Ro. 4. Signaculũ accepit circumcisiõis. glo. Pcta ibi solũ dimittebant̃ ſz gra ad bñ operãdũ adiutrix nõ prestabatur. Itẽ August. in psal. Ut qd de9 repulisti in si. Illa ingt de sacramentis de. le. tñ. pmittebãt & signabãt. hec aũt dãt salutẽ. s. sacramenta no. le. Itẽ circũcisio nõ apiebat ianuã sicut vlt Beda sup illud. Lu. 2. Postq ꝛsumati sunt dies octo. Habẽti graz pz ianua regni. q ei9 ẽ heres. ſm aug. ꝺ tri. li. i. 5. c. 19. Ipsa diuidit inf filios regni & pditõnis. Itẽ prõez sic. Sacramentũ nõ cãt nisi qd signat. Circumcisio tñ signat ablonez & nõ aliqd positiuũ q: nõ est ibi nisi ablatio pctis a toto g &c. Cõtra. aug. li. 2. de nup. & cup. & ponit̃ de ꝛse. di. 4. Ex quo instituta ẽ circũcisio in pplo dei ad purgatiõez h9 pcti veteris valebat magnis & paruis. sicut bap9 valere cepit ex quo institut9 est hoc nõ ee nisi ibi cõferret̃ gra g &c.

Itẽ Beda sup illꝺ Lu. 2. Postq ꝛsumati sunt dies octo. Idẽ salutifere curatiõis auxiliũ circumcisio in lege agebat: qꝺ baptism9 tpe gre agere cõsuenit.

Hic supponendũ est tanq certũ q per circumcisionẽ pctm̃ orginale delebat qꝺ pz per auctoritates sanctoz. Et ad hoc est rõ ꝓgrua. q: de9 nullo tpe religt gen9 humanũ sine remedio necessario ad salutez: maxime illos quib9 ipse legẽ dedit vt per ci9 obseruantiã pertingerẽt ad salutẽ. frustra. n. fuisset data talis lex sine tali rmedio. g tpe le. mosayce dedit aliquod tale remediũ obseruantib9 hi9 le. Non pst aũt attigere ad salutẽ sine deletõe orginalis culpe. qꝺ supponit̃ ex 2. li. g in illa lege instituit aliqꝺ remediũ ꝛ illã culpã istꝺ & nõ aliud vꝫ esse ibi institutũ tanq tale remediũ ꝛ illã iurta illud gñ. 17. Masculus cui9 caro ꝓpucij &c.

Et si obijciat q circũcisio sit ex pfib9 nõ ex lege: q: data ẽ Abrae circuncisio & hoc p multos annos. s. 400. ante le. mosayca datã in monte synai. Hoc nõ obuiat qui sit remedium ꝛ orginale pctm̃. q aũt deus voluit illꝺ instituere ante le. moysi arguit q nõ sit remediũ precise b9 le. sed nec lex illud euacuauit ſz confirmauit. Sed inquirẽduz est an ex isto supposito sequat necessario graz in circunciſiõe ꝓferri. & q: dimissio culpe & collatio gre siue ꝓiuncti siue separatiz nõ respiciũt nisi potentiã diuinã aliqꝺ aũt dr possibile deo duplicit. s. ſm potẽtiã absolutã vel ordinatã. Ideo p° videndũ est an possibile sit deo de potẽtia absoluta delere culpã orginalẽ sine infusione gre. 2° an h sit sibi possibile pz põz ordinatã.

Quantum ad primũ videnẽ aliqui dicere q nõ. & si rões concludunt. videndũ est ꝓma est talis. Non põt de anima pctm̃ deleri: nisi de immũda fiat munda. Sed h nõ põt fieri nisi p aliquã mutationẽ factam in anima. illa aũt mutatio erit necessario ad aliquã formã positiuã repugnantẽ culpe. & h absolutã. q: ad relationez nõ est motus nec mutatio. 5. phi. huiꝰ formaz absolutã repugnantez culpe in anima dico gram. g &c. 2a ratio talis est. In pctõ disformitas opponitur gre vt priuatio habitui. Sed ꝓpria tio non potest tollia subiecto nisi per collationez habit9 oppositi. ergo &c. Et h est qꝺ aug. arguit q culpa & gra opponunt̃ sicut tenebra & lux in aere. 3a ratio Culpa nõ põt deleri nisi nõ imputet̃ ad penã. Si aũt deordinatio eius maneret necessario imputaret̃ ad penaz q: ipa manẽs non potentialit̃ ordinari q̃z per penaz inflictã. g culpa dimitti nõ potest nisi deordinatio eius tollat̃. illa aũt nõ tollitur nisi per gratiã. g &c. 4° si culpa dimittitur diuina offensa remittit̃ g peccato: deo reconciliatur. g per cosequens a deo acceptat̃. null9 aũt a deo acceptatur sine gratia. ergo &c. Et confirmatur: si non est inimicus. ergo amicus.

Rica. li. 4. di. p4 q. 3. ar. 6

Contra istam conclusionez arguo primo sic. Quecũq sibi inuicem repugnãt circa idem mutuo se excludũt circa illꝺ. g cui plura repugnãt circa aliqꝺ ſbm illud põt p qõlibet illoz excludi ab illo ſbo. Sed culpe orgiali repugnat rectitudo in puris nãlibus ẽt sine gra. pz de facto ſm magrm ponẽtẽ boiem a deo sic cõditũ. pz ẽt de possibili rõne. q: si nõ possz nã fieri recta rectitudine nãli & sine gra. tũc gra esset nãlis: lz nõ nature lapse. tñ nãe in rectitudie pria institute. illud. n. est nãle qꝺ cõsegtur nãm ſm se. g segt̃ q per solã rectitudinẽ nãlez & sine gra põt culpa expelli. Si dicat̃ q rectitudo absolute potuit esse i nã absq gra. tñ p9 culpã nõ põt restitui nisi collata gra. Cõtra istud & simꝫ ad ꝓclonem pncipalẽ arguo sic. Forma nõ bñs ee alteri us rõnis in ſbo nõ bz inſepabilitatẽ aliã a quocũq. quan. ẽ talis forma & tale ee bñs. iõ ẽ sepabilis vel inſepabilis a quocũq. Si forma nõ bz ee alteri9 rõnis in ſbo. ex h q eius oppositũ pcessit in eo. vt pz de frigore & calore circa aquã. g forma nõ bz aliã isepabilitatẽ a quocũq p hoc q ei9 oppom̃ pcessit in ſbo. Sz rectitudo nãlis si nõ pcessiffet suũ oppom̃ posset separi a gra per te. g &c.

Jtem qualēcunqz ſm formā abſolutā pōt deꝰ hominē
ꝛcreare. talē ⁊ pciſe pōt reparare poſt culpā ſm formam
abſolutā. Sz in pura rectitudine nālī pōt boiez creare
g ꝛc. maioꝛ. pbat. qz culpa nō facit nām eſſe aliā in ſe. g
nec gn ſit capax eiuſdem cuiꝰ fuit pius capax. agens aūt
diuinuz pōt illi ipzimere qdcūqz cui ꝰ eſt capax. ⁊ b ſine
quocūqz qđ non icludit un rōne illi ꝰ impreſſi: ⁊ marie
ſi id incluſuz ſit poſteri ꝰ ipa forma impſſa. Nōa eſt b ꝰ
reſpectu iuſticie vel rectitudis nālis. g ꝛc. Si iſtek
ō maioꝛē ꝙz Hier. qꝰ deꝰ nō pōt de nō virgine facē vgi
nez ⁊ tñ a pncipio pōt creare virginez. ꝛc. accepi i ma
ioꝛe qualēcūqz ſm formā abſolutā: ⁊ ſic nō eſt inſtantia
qz accipiēdo qdcūqz abſolutū importatū p vgitatē. ſine
ſit pfectio in mēte ſiue diſpō in carne totū pōt deus re
parare: ſz vltra iſta virgitas dicit negationē quādā actꝰ
pteriti. vt. ſ. nūqz cecidiſſe mente vel carne in peīn car
nis: ex quo. n. actꝰ pteriit nō pōt deꝰ facē gn pteriit. vñ
pbus. 6. etbi. c. ij. cōmendat dictū Agatonis recte di
centi. b ſolo pōt deꝰ ingenita facere q facta ſūt. ⁊ rō eſt
qz nulla factio pt eē ñ entis de aliq ñ ente. qz marie extē
dēdo factionē ꝙz ē vel entis de ñ ente. vel non entis de
ente. ſic i ānihilatiōe vel entis de ente. pteritum aūt nō
eſt ens. ⁊ ipm non pteriſſe eſt aliud non ens. g nō pōt ex
pterito fieri qđ nō ſit pteritū. Si obijciat. ſi deꝰ totum
illud abſolutū qđ eſt i virgitate pōt reſtituere. g ⁊ aure
olā reddere. nā aureola videt correſpōdere alicui perfe
ctioni abſolute in vgitate pōt dici qꝰ aureola virgis eſt
gaudiū accītale de ſua innocētia. i. de nūqz cecidiſſe in
illud peīn ad qđ cōit nā. pna ē marie in adoleſcētia. Et
ſi obijciē qꝰ iſta neꝰ nō ē mā gaudij multū excellētis vel
ſpālis. Rꝰ. ſicut affirmatio ē fugibilis ſeu odibilis:
ſic neꝰ amabilis. Sicut g excellēs odibile ē fuiſſe lapſuz
i tale peīn. ita ex charitate amabile ⁊ delectabile ē nūqz
cecidiſſe. Et ſi g gaudiū ēntiale ē de bono poſitiuo im
mo mario. tñ nō ē icōueniēs vltra illud addi aliqđ gau
diū accītale ō negatiōe cui oppōit affirmaꝰ odibil. mul
tū eni addit ō gaudio ſi cecidiſſe i culpā vltra id qđ aligs
hz ō b qꝰ pꝰ culpā ſurrexit ad graz. Cōcedo g pclones viti
maz rōnū qꝰ ō potētia abſoluta poſſet deꝰ dimittē cul
pā originalem nō ꝓferēdo graz. ⁊ b marie cū gra ñ oppo
nat formaliē pcō originali nec imō dimittat illud peīn p
collōz gre niſi qz gra icludit qualēt i acceptōe diuia iu
ſtitiam originalē q formaliē oppōit pcecato originali.

Ad argumenta pro op. pcedēte. Ad
pmuz cōcedo qꝰ
pōt fieri ō imūda mūda mūdicia oppoſita ſi reſtituat iu
ſtitia originalis qua pūat pctū originale. ſiue illō ſit do
nū ſupaddituū nature ſiue ſit rectitudo nālis. i. pſcindens
oēm ōformitatē pcti. Ad 2m pz q falſa ē ppō ō appōne
iſti ꝰ culpe ad gram. imo ſic opponit culpa iſta iuſtitie
originali ⁊ nō gre niſi qz ipa i acceptiōe diuia equalet iu
ſticie originali. ſz nullo mō oppōit gre vt ppzie ⁊ pciſe p
uatio eiꝰ. Ad 3m duꝰ ē vtz poſſit ñ ipūtari ad penā
de ordinatiōe eiꝰ vo ablata. ſz b ꝓceſſo oppoſita deordi
natio iſta pōt auferri abſq collōne gre. Ad 4. concedo q
diuina offenſa placat ⁊ iſte cui dimittit peīn recōciliat
ſz ñ ſeqt. g ē acceptꝰ deo iſta acceptiōe ſpāli q ē acceptꝰ p
gram. bō. n. in puris nālibꝰ eēt placidꝰ deo. nō tñ acce
ptꝰ ſpāliter. b ē dignꝰ vita etna. par. n. ⁊ reconciliatio nō
dicūt niſi deū nolle vidicare culpā iſtā. ſz acceptare plꝰ
dicit. ſ. iſtū ordiare tāqz dignū vita etna. Pz ēt i nobis
poſſū. n. alicui q offēdit me placari vt nō ſiz ſibi inimi
cus neqz velit vidicare cōmiſſū abſq b q recipiā euz
ad amicitiā ſpāle ſm quā ordiet ad aliqđ bonū ſpāle.

Sed adhucreſtat dubium vtrum deus de potentia
abſoluta poſſet dimittere peccatum originale abſq col
latione cuiuſcunqz poſitiui repugnantis illi pcō. puta
iuſtitie originalis vel alicui ꝰ hmōi. Et vz q non p tres
rationes prius factas de pūatione ⁊ mutatione ⁊ deor
dinatione. ⁊ ſpecialiē per b q bō nō hūs iuſtitiā origi-
nalē neceſſario hz carentiā iſtius iuſtitie ⁊ etiā debitum
hūdi ſi eſt propagatꝰ ab adā. b pbo. Jō eſt eni debitor hꝰ
iuſtitie qz accepit in adā debitū ab ipo nāliter ppagatꝰ
ſed carentia huiꝰ iuſtitie cū debito hūdi eā cōpleт ratio
nē pctī illiꝰ originalis g ſimpliciē neceſſariū eſt ppaga
tuz ab adā hre pctū originale ſi nō. deē originalis iu
ſtitia in ſe vel in aliquo equivalenti. Jtē di. 17. pmi li.
pbatū eſt caritatē eſſe in anima p mutationē illā que fit
in iuſtificatiōe pctōis. Si aūt pctor poſſit iuſtificari ſu
reconciliari deo ſine mutatione eiꝰ. illa mea nō cōclude
rent. g dīdo ꝓter hīs que dicta ſunt ibi neēe eſt pone
re qꝰ pctor nō poſſit recōciliari deo ſine mutatione ad
formā abſolutā. ⁊ illa repugnabit termino a quo. ⁊ per
ꝓns erit gra ſicut pri eſt argutū. Primuz arm requirit
difficultatē tangendā inferius di. 14. an. ſ. pctū poſſit
deleri abſq pductiōe forme noue in aīa. qꝰ ſi poneretur
qꝰ ſic de originali. ſicut forte ibi dicek de actuali. poſſet
dici ad arm. qꝰ nō omnis ppagatꝰ ab adā: qz ppagatus
eſt debitor iuſtitie originalis: ſed cū b qz deꝰ vult talez
teneri ad illā iuſtitiā pōt aūt nō velle iſtuz teneri ad illā
iuſtitiaz abſq mutatiōe aliq poſitiua ⁊ abſoluta in iſto
vt tangek ibi. Ad 2m iurta b ꝓter pōt dici qꝰ in iuſti
ficatione pctōis eſt vna mutatio pūatiua qz de inimi
co fit nō inimicus. eſt etiā alia poſitiua qua de indigno
vita eterna fit dignꝰ vita eterna. ⁊ de nō potēte mereri
re agere fit potēs agere meritorie. ſz g ex pma mutatio
ne nō poſſit cōcludi aliqua forma noua in iuſtificatiōe
tamē ex ſcda pōt. ⁊ ſic argutū eſt ibi. di. 17. pmi. nō eni
eſt nunc dignus de nouo vita eterna. neqz nunc de no
uo pōt meritorie agere niſi formā aliqz nouā hēat qua
ſit dignus ⁊ qua poſſit agere.

De potentia vero ordinata peniē qꝰ etiaz
de facto in circuciſione de
let culpā originalē ſine infuſione gre. ppter auctoritatem
ſcōz que videntur negare gratiā a ſacramentis le. ve.
vt deductū ē opponendo. Alij dicūt qꝰ pncipaliter
inſtituta fuit propter dimiſſionē originalis. ex pñti aūt
ad gratiā cōferendā. ⁊ pro tāto dr nō ꝓferre gratiā. qz
nō ex pncipali inſtōe. ſed cōcomitanter. Quo ad hoc
teneo qꝰ nō eſt poſſibile de potentia ordinata culpā origi
nalē nec aliqz aliā mortalē dimitti ſine infuſione gre
qz ſz abſolute ſine cōtradictiōe poſſit eē mediū in ſpē hu
mana inter filiū regni ⁊ filiū pditōis. ſ. hō in puris nā
libus. tū ſm le. ſapie dīne poſt lapſū. nullū ē mediū inter
gratū quietē filius regni ⁊ pctōē qui eſt filius carceris
nec pōt eē loquēdo de potētia ordinata. i. cōformi legi
bus a ſapia ⁊ volūtate diuina determinatis. ⁊ iō nul
lū liberat nec ſic liberare poteſt a culpa niſi cui dat gra
tiā. Addo etiā ꝯ. 2. oē. qꝰ principaliter intēdit gratia
in circuciſione: qđ pbo. qz agens ſm rectā rationē pn
cipalius intendit perfectionē qz carētiā defect ſiue im
perfectionis qz nō intēdit ille carentiā niſi propt pfecti
onē. deus ergo in inſtituendo circuciſionē cū ſit agens
ſm rectā rationē pncipali ꝰ intēdit perfectionē poſitiuā
puta gratiā qz carentiā imperfectionis. i. pcti originalis

3° propt ꝓfirmationē pme oē. ⁊ auctoritates ſcōz. D
co qualiter ſancti intelligūt ſacramenta ve. le. nō ꝓtuliſ
ſe gram. ſacramētū eniz vt dictū eſt pius pōt accipi im
proprie ⁊ proprie. ⁊ quidē illa in lege fuerunt multa di
cta ipropē. ⁊ ſacramēta. ſ. purgatiōes ab immūdiciis ꝰ
ctis ꝙz le. vt pz in leuitic. de purgatiōe a tactu mortui
niſi p aquā expiatōis ⁊ de purgatiōe a lepra ⁊ aliis hu
iuſmōi erāt etiā ibi ſacramenta improprie dicta alia ab
iſtis: tū plus accedētia ad perfectionē cuiuſmodi erant
oblationes hoſtiarum. b enim pertinebant ad cultuz
latrie. p tempore in quo deus voluit ſic coli. hec ⁊ illa
ſcilicet purgationes ⁊ ſacrificia ſiue oblationes dicebān
tur cerimonie ⁊ improprie ſacramenta. ⁊ de iſtis conce
do qꝰ non cābāt gratiā tāqz ſigna efficacia reſpectu gre eo
mō quo expoſitū eſt i diffinitiōe ſacramēti ſz tñ i illis cō

Rica. li. 4. di. 4° q. 3. ar. 6

Opinio magri. 4. b° qli

Varro. li. 4. di. pma. q. ſcda.

ferebat gra p modu3 meriti l3 aliqui negare videnf qp it alibus ex charitate fact3 pferet gra h cni vi nimis du3 f. qp aliquis ex charitate 7 obediẽtia seruãs di pceptũ 7 nõ mereaf. h etiã vi irrationabilit dictũ qp deus alicui dederit pceptũ nolẽs observantez pceptũ mereri: ẽtũcunqz ex charitate 7 obediẽtia observaret nũc autẽ de istis cerimonijs tã purgationib9 ẽ oblationibus pcepta data erãt in illa lege. p3 in multis locis. 7 qñqz videf ex textu qp sunt pcepta necessaria ad salutẽ: puta qui pterierit se lustrari de aqua pdicta peribit aĩa illa d populo suo. que cõminatio nunqz ponit nisi ad designandã transgressionez pcti mortalis. g̃ iudei ex charitate obseruantes sacramẽta i impropie dcã meruerunt gr̃am vel augmentũ eius si eã iaz hẽbant sed nõ propt h illa erãt ppie sacramẽta. sacramẽtũ. n. ex vtute operis operati cõfert gr̃am. ita qp nõ requirit ibi bonus motus interior qui mereaf gratiã sed sufficit qp suscipiens nõ ponat obiecẽ sed in illis actibus nõ cõferebatur ex h solo qp offerens nõ poneret obiceẽ. sed tñ conferebatur ex virtute boni mot9 interioris tanqz meriti Sed pter ista in illa lege erat circumcisio que fuit p prie sacramentũ. vñ magister ab illa vñ regla aug. sup̃. 7 3. Excepit circumcisionez h. n. per modu3 sacramenti cõtulit gratiã ex virtute operis operati. non tantu3 ex virtute operis operãtis. s. ex motu interiori. 7 tamen si sint aliqua dcã sanctorũ gratiã negantiũ ab illis sacramentis loquendo non tantum de cerimonijs sed etiã de circũcisione. 8o tripliciter possũt intelligi. vl qz paruã gratiã contulit circumcisio respectu baptismi cuius ratio dicetur. i. q. di. sequentis. vel quia non contulit gratiam vt dispositionẽ imediataz ad gloriã. quia non aperuit ianuam. sed h non fuit ex defectu eius: sed quia fluxit tempore quo preciũ non fuit solutuz vel tertio modo non contulit gratiam quia non vniuersaliter cuicunqz suscipienti. determinabatur autez forte ex institutione sua ad certu3 gradum gratie. ita qp vltra illu3 graduz non posset. nec intendendo nec inducendo. 7 ita si tantu3 gradum inueniret in suscipiente: nihil sibi cõferret. 7 iste vltimus modus apparet esse de intentiõe magistri. dicit eniz. c. penul. qp solũ peccata ibi dimittebantur: nec gratia ibi dabatur. 7 subdit statim: vt in baptismo 7 mo[m] statim exprimit. quia quantuncũqz iust9 accedat ad baptismũ vberiore. i. recipit gratiaz vnde baptismus generaliter intendit gratiam iam habitam vel inuentam: sed non est ita in circumcisione. Unde, Abraciam iustificato signaculum tantũ fuit. nihil eniz sibi int cri9 cõtulit. qz gratia Abraciam attingerat vl transcenderat illũ graduz ad quem determinata fuerat circumcisio. 7 intelligo nihil ei p̃cie intus cõtulit p moduz sacramenti siue virtute operis operati. sed credo qp ei cõtulerit per moduz meriti siue virtute operis opanti. qz credo qp act9 circumcidendi se ex obedientia dei 7 ex charitate procedẽs ei fuit meritor9 sicut 7 immolatio Isaac. Et sic obijcit qp circumcisio nõ est ppie sacramentũ: qz nõ est certũ signuz: quia nõ semp hz collationem gratie cõcomitantez ex vi operis operati. &c. qp sacramẽtũ certitudinaliter significat vel gratiã tunc in fieri si nõ sit obex: vel tũc ineẽ. sicut si beata virgo fuisset in conceptiõe filij in sũma plenitudine gr̃e ad quã deus disposuit eam peruenturaz si postea fuisset baptizata nullaz ibi gr̃az recepisset de nouo tñ baptismus nõ fuisset in signũ falsũ vel incertũ. qz gratiã significaret: vel tũc fieri vel pri9 datã tunc inesse.

Erista p3 ad oẽs auctoritates adductas arguendo ad p̃cipale vel eniz loquũf de sacramentis ve. le. ut propie dictis. s. de cerimonijs. vel fi loquaf de circũcisione que fuit ppe sacramentũ negãt eã gr̃az cõferre sm aliquẽ intellectũ p̃dictũ. Ad 3m 5 apitiõe ianue dico qp nõ fuit defect9 circũcisionis qp non apuit ianuã, sed quia eucurrit tpe quo p̃ciuz non fuit solutũ. nã p9 solutũ p̃ciũ potuit alicui apiri ianua q non fuisset baptizat9 sed soluz circumcisus 7 in gratia. baptizato vero defuncto ante passionem nõ patuisset ianua p tunc. Ad vltimum dico qp baptismus ẽtuz ad actum exteriorem nõ significat nisi quandam deletiõez immundicie corporalis. 7 tñ nullus negat aliquid eẽ ei9 effectum positiuum. Dico ergo ad maiorem qp sacramentum magis propie significat illum effectuz in anima ad quem confert gratia in sacramento ẽ signet ipaz gratiaz: vnde gratia exite vna in anima. sacrã tñ diuersa distinguuntur penes diuersa significata propria q̃ sunt diuersi effectus eiusdem gratie. sicut dicetur post. effectus tamen gratie taz in circumcisione ẽ in baptismo proprius est ablutio anime a peccato: l3 cõcomitez alius. s. acceptatio ad vitam eternam.

De viris qui fuerunt ante circũcisionez 7 de feminis que fuerunt ante 7 post

Queritur etiaz de viris qui fuerunt ante circũcisionem: 7 de feminis que fuerunt ante 7 post. quod remediũ contra peccatum habuerint. Quidam dicunt sacrificia 7 oblationes eis valuisse ad remissionem peccati. Sed melius est dicere illos qui de abraã prodierunt per circũcisionem iustificatos: mulieres vero per fidem 7 operationem bonam vel suam si adulte erant vel parentuz si paruule. Eos vero qui fuerunt ante circũcisionem. paruulos in fide parentum. parentes vero p virtutes sacrificiorum. s. quam intelligebant spiritualiter in illis sacrificus iustificatos. Ita Greg. Greg9 in moralibus. Ad apud nos valet aqua baptismi. hoc egit apud veteres vel pro paruulis sola fides. vel pro maiorib9 virtus sacrificii: vel p his qui ex abrae stirpe prodierunt mysteriũ circumcisionis.

De institutione 7 causa circumcisionis.

Aliique aūt pene canonice fundant super defectus nāles. nō. n. voluit ecclesia qualscūq; plonas defectuosas ministrare ī altari: ⁊ merito q; in ve. le. leui. 21. ponit. lex hōi q hūerit maculā q nō offerret deo suo panē nec accedat ad misterium eius. Isti aūt defect⁹ sunt in quib⁹ eēt scandalū pusillorū si taliter defectuosus in nālibus ministraret. ⁊ ratiōabiliter. q; quicqd sine peccato mortali pōt dimitti vitādum ē si ex exercitio eius oriatur scādalum pusillorū. tale scandalum oritur si notabiliter defectuosi in naturalibus vt mutilati: vel horribili infirmitate infirmi vt lepra ⁊ huiusmodi. ministrent in altari. Ideo ecclesia ratiōaliter talib⁹ defectibus naturalibus adiūxit penas canonicas. s. prohibitiones ministrandi propter reuerentiam sacramēti. ⁊ ad vitandū scādalum pusillorū. ⁊ iste prohibitiōes patent in canone. dist. 25. ⁊ extra de corpore viciatis. Requiritur ergo ī ordinate conficiente ablatio omnium horum impedimentorum. quia habens quodcunque istorum si conficit facit cōtra prohibitionem ecclesie: et per consequens non ordinate. Secundum requisitum ex parte ministri est appositio conuenientium. s. ornamentorum: vt habetur de conse. di. j. Vestimēta dicitur ibi q; vestimenta ecclesie quibus sacerdos deo ministrat: debēt eē sacrata ⁊ honesta quib⁹ in alijs vsibus non debēt vti q̄ in ecclesiasticis ⁊ deo dignis officijs. Que autez sunt hec indumēta. exponit Inno. de offi. misse. parte. j. c. io. Sūt inquit sex indumēta communia episcopis ⁊ presbyteris, s. amictus. alba. cingl'm stola. manipulus. ⁊ planeta. in quibusdā tamen locis cōsuetudo obtinuit q; nō oz cingulū benedici: ⁊ sic non apparet quin liceat vti cingulo nō benedicto. De his omnib⁹ ex pte ministri siue sicut in p̄mo mēbro de requisitis ad simpliciter posse: siue in isto secundo membro de requisitis ex pte ministri ad ordinate posse. si q̄ritur que pena sit ministri attentantis. Rñdeo si ē mutus nō pōt attentare log: si nō vtit rōne nō potest attentare hēre intētionem debitā. si nō est sacerdos ⁊ attētat facere vt sacerdos nō solum peccat mortaliter ⁊ nihil facit sed irregularis ē. vt hz extra de clerico nō ordinato ministrāte. c. j. ⁊ 2. ⁊ vniuersaliter q cunq; exequēs sic vel attētās actum alicuius ordinis quem non habet: irregularis est. patet hoc in illo titulo de diuersis capitulis. Pena autem ministrantis in quocunq; impedimento canonico videtur esse irregularitas: vt patet extra de clerico excōmunicato vel deposito in diuersis capitulis. ⁊ hoc maxime si ministrans sciat talem penā sibi inflictam. Sed hic potest distingui de ignorantia iuris vel facti. Ignorantia iuris nō excusat. quia tenetur ille qui se ponit ad tantum actum scire iura secūdum que potest exercere tantum ⁊ talem actum: ⁊ ideo talis ignorantia iuris non excusat: sed forte magis aggrauat. Ignorantia autez facti excusat vt habetur extra in eodem titulo. ibi. Apostolici. ⁊ hoc nisi fama veridica ⁊ publica sibi manifestet q; sit tali pena ipeditus quod probatur per illud capitulum eodem titulo. illud dicimus cum vero ei nisi per famam de sententia cōtra. cū lata contaret peccare non credidit si diuina officia quantumcunq; solēniter celebrauit. subditur ibi. Quia in oī

bus dubijs via tutior est eligenda si delata in eū sentētia dubitaret: debuerat tm̄ potiꝰ abstinere q̄z sacramentā ecclesiastica pertractare. Et in fine subditur. Quz eo misericordiā facientes penā quā canō bis. qui post excōmunicationē diuina presūpserūt celebrare iflgit: nō duximus infligendā. Ex hoc pz q; misericorditer relaxat dubitanti penā quā incurrit ex canōe qui celebrauit diuina post q̄z innotuit sibi per famaz de excōmunicatione in eū lata. Inter ista tm̄ ipedimenta nō includit minor excōmunicatio quo ad hoc. s. q; pena irregularitatis sequat. q; etsi peccet grauiter in excōmunicatione minori celebrans nullius tm̄ irregularitatis notam incurrit: habet eodez titulo. c. 22. c. si celebrat. Verum de symoniaco ⁊ peccatore notorio dubiū est. sed p̄mum videt solui p illd decretoz di. 33. Marit⁹ vbi iter nō promouēdos nominatur ille qui per emptionem ad imitationē simonis magi pecuniā obtulit. 1. q. 1. erga simoniacos vbi papa alexāder secūdus simōiacos damnat. s. oīo ac deponendos auctoritate apostolica censet ⁊ de hoc dicit extra de simonia in textu ⁊ in glosa nobis fuit. ergo iste videt simpliciter inhabilis propter penā canonicā ad exercenduz actū ordinis sicut oīo est deijciend⁹ a clero p̄m auctoritatē adductā. De peccatore publico seu notorio certū est q; ante penitentiā peccat mortalit cōficiendo: nō tm̄ q; est in pctō mortali. sed q; scandalizat. Sed est ne irregularis. Forte nō inuenitur h penitētia in canone sibi inflicta. sz eni ꝓhibeatur di. 33. Nullus. q; nullus audiat missaz p̄sbyteri quē indubitanter scit ꝓbinā habere. ⁊ ex hoc videatur q; sibi ꝓhibet celebrare. q; magis arguit ipe ad cauendū q̄z audiens vt nō audeat. ⁊ per ꝓns si celebrat cōtra preceptū ecclesie facit. tm̄ ista ꝓna nō est necessaria in penis. q; pene nō sunt ampliāde. ⁊ quandoq; ꝓhibet cōicatio cū istud in aliquo actu vt corrigat. non tm̄ infligitur isti pena irregularitatis si exerceat istū actū istud. Idē posset dici de publico vsurario etiā manēte in peccato vsure De infam aūt qui tm̄ penitet de pctō sed nondū ē restitut⁹ in integrū si celebrādo fiat irregularis nō est dicendū q; sic nisi inueniat pena sibi inflicta in iure canōnico. De celebrante aūt sine illis ornamentis vel omnib⁹ vel aliquib⁹ vel nō cōsecratis nō inuenitur in canone pena irregularitatis inflicta. breuiter ex quo ista est pena iuris positiui quando nō infligit nō incurrit. Nulla ergo cōditio ex parte ministri requisita ⁊ nō obseruata facit incurrere irregularitatē nisi defectus sacerdotij vel alia pena simpliciter ꝓhibens ⁊ remouēs ab exercitō sacerdotij ⁊ per ꝓns sacerdos nō ꝓhibitus per talē penā cōficiēdo nō incurrit irregularitatē. nec ergo ꝓpter pctm̄ nisi sit tale cui annexa sit ꝓhibitio canonica. Nec propter nō ieiunium. nec propter carentiam ornamentorū debitorū. nec breuiter propter quecūq; alia sub p̄dictis nō cōtēta no incurrit irregularitas.

Sequitur secundū p̄ncipale. s. de requisitis ex parte loci vbi possumus distinguere locū in locum proprie dictuz. ⁊ in vas qui est locus mobilis secūdū Ari. 4. phy. Ex parte loci proprie dicti requiritur amotio impedimenti. s. q; locus non sit interdictus. ⁊ requiritur appositio conuenientis dispositionis. s. q; sit sanctificat⁹. primū est simpliciter necessariuz. quia celebrans in loco interdicto facit contra prohibitionem ecclesie. ⁊ per consequens non ordinate. secundum est necessarium nisi casus necessitatis occurrat. vt probatur per illud de cōse. di. i. sicut non in alijs q̄z domino consecratis locis. i. tabernaculis a pontificalibus dedicatis missas cantare ac celebrare licet. Idem patet. c. sequenti ⁊. c. hic ergo vbi dicitur q; Nullus p̄sbyter missas celebrare p̄sumat nisi in sacris ab epo locis q; sui ꝓtceps de cetero voluerit eē sacerdotij. sz exceptio illa de casu necessitatis pz ibidē. cō

cedimus. casus aũt illi sunt isti, vtpote si ecclesie i p̃ria fũc destructe: vel sigs in via penit⁹ nõ poterit accedere ad aliquã ecclĩaz ꝑsecratã. qõ regulariter vex ẽ de nauigãtib⁹ ⁊ ceteris h⁹i. nõ. n. vi verisimile q̃ observationẽ illi⁹ p̃cepti decalogi: scilicet sabbatũ: qõ p̃ceptũ ecclia intẽptata ẽ in hỹ qõ est audire missaz die dñico. de ꝑse. di. 2. missas. voluerit ecclia impedire p aliqõ p̃ceptũ minoris obligatiõis vt p talẽ vel talem locũ requiri ad hoc vt missa audiat̃. cũ non debeat qs restringi ab observatione magis necessarij per artationẽ ad minus necessarium. Nec aũt vel vbi sint loca cõsecrata. dico q̃ regulariter eccle pochiales ⁊ alie solẽnes collegiate: oratoria q̃ dicunt̃ capelle: nõ p̃nt hãi que sint ꝑsecrate nisi de licẽtia ep̃i: vt hỹ de cõse. di. j. vnicuiqz fidelium licet hẽre oratoriũ: ⁊ ibi orare. missas aũt ibi celebrare nõ licet. nisi in casib⁹ supradict̃: oratoriũ tñ sacrũ facere nõ licet. nisi aucte ep̃i. de ꝑse. di. j. Nemo. Jsti⁹ ẽt loci regrũt instra. s. lumen. vt dr ex de cele. miss. c. vl. de sacerdote q̃ sine igne scificabat ⁊ aqua. ⁊ segt. Mãdamus quatenus ex officio ⁊ bñficio ipm p̃nes ꝑpetuo. De loco mobili siue vase distinguo q̃ vas remotũ ẽ altare qõ dbet ẽe lapideũ. de cõse. di. j. Altaria si nõ sunt lapidea chrismatis vnctiõe nõ ꝑsecrãtur. vasa, ppinqua sunt calix ⁊ patena. que debent esse de auro vel argẽto. vel vbi pauptas cogit adminus de stãno. sicut hẽtur de cõse. di. j. Calix. Calix dñi cũ patena si non ex auro ex argento fiat. sigs aũt tã paup est saltẽ vt stãneuz calicem hẽat. de ere aũt aut aurichalco nõ fiat. q̃ ob vim virtutem eruginem vel rubiginem piter ⁊ vomitũ ꝓuocat. Nullus aũt in ligneo vel vitreo calice p̃sumat missas celebrare. de vitreo autem rõnale est ꝓpter eius fragilitatẽ ne sanguis dñi piculo exponat̃. de ligneo ꝓpter imbibitionẽ hũoris. Jsta vasa oĩa debẽt ẽe consecrata. De altari hẽtur de ꝑse. di. j. Ecclesie cõcedim⁹. ⁊ duobus caplis sequẽtib⁹. Sive ãt sit fixum sicut ẽ cõiter in ecclesijs. siue portabile: nõ est magna differẽtia: q̃ i altari portabili siue in alio fixo cõuenit missas celebrare. vt hẽtur ex de p̃uilegijs ⁊ excessib⁹ p̃uilegiorũ. li. 6. In his que ad cultũ cum fãbus minoribus ⁊ p̃dicatoribus durim⁹ indulgẽdũ: vt vbicũqz fuerint sine parochialis p̃iudicio valeant cũ altari viatico celebrare: q̃dam ni mis stulte interp̃tãdo nostrã indulgẽtiã nituntur asserere q̃ ea p̃dicti fratres p̃ter p̃latorũ assensuz facẽr hoc nõ possunt. ⁊ paulopost. cũ aũt nihil eis cõferret indulgẽtia memorata sine qua idẽ p̃latis annuẽtib⁹ liceret eisdez. mãdamus q̃ iterp̃tatione h⁹ reprobata dum tñ ab aliis q̃ iuri parochiali p̃ius cõuenit abstineant datã eis licẽtiam celebrandi etiã aucte nr̃a non differant publicare. ita q̃ dicti fratres ex indulgẽtia nostra gratiã videant cõsecuti. aut Jnno. tertius. Si obijcitur ex ß caplo q̃ nõ licet vti altari viatico. nisi ex p̃uil. ℟. verũ ẽ ẽztum ad vsum ei⁹ indifferẽter in quocũqz loco consecrato vel nõ cõsecrato. sed ẽztum ad vsuz ei⁹ in loco consecrato. videtur satis cẽ ius cõmune. q̃ ante dedicationem altaris in ecclesijs quibuscũqz cõiter celebratur cum altari paruo qõ vocatur superaltare. Hoc etiam altare siue fixum siue mobile ⁊ portabile oportet cẽ non enormiter fractuz. extra de ꝑsecra. eccle. Altare vbi dicitur q̃ si lapis benedictus fuerit mot⁹ vel minutus debet iteruz benedici. ⁊ c. q̃ in dubijs. Calicẽ etiã ⁊ patenã oportet esse cõsecratam vt habetur extra: vbi supra. Hec etiã vasa oportet esse ornata. altare q̃dem tobalijs duabus. vbi ẽ mos ecclie cõsecratis. Et quod magis p̃ciuũ est corporali de syndone munda. Et oportet q̃ illud corporale cooperiat ad minus locuz calicis ⁊ hostie que debent collocari super altare consecratum siue totum immobile ⁊ cõsecratũ sit siue super altare mobile vbi requiritur vsus eius. Sqneritur que pena sit celebrantibus sine istis conditiõib⁹ q̃ dicte sunt ex parte loci ⁊ vasis. ℟espondeo in nullo premissorum incurritur irregularitas nisi in duobus casibus. primus si scienter celebrat in loco interdicto a iudice. alius si celebrat in calice non idoneo. Circa primum sciendum quod locus potest esse interdict⁹ a iudice vel a iure: aiure quidez si est pollutus sanguine vel semine. extra de cõse. eccle. ca. vltimo si ecclesia. ⁊ talibus si notorium ẽ peccatum ẽ celebrare non tamen incurritur irregularitas. quia non est a iure inflicta ex presse. Si autem priuatum ẽ idest occultum non peccatum ẽ. quia nec reconciliatiõe idiget. extra de adulte. significasti. Si autem interdictum sit a iudice latum contra locum, celebrans ibidem scienter dicitur incurrere irregularitaem. quod pobatur per vnum capitulum extra de clerico excõmunicato ministrante postulasti ⁊ per aliud capitu. extra de excessi. p̃cla. Sed vtrunque capitulum bene posset exponi quod neutruz ẽ iuri expositum neque etiam iuris positiui respõsiuũ vt appareat talem sic celebrantem irregularem tunc cẽ simpliciter. quod patet exponendo verba illa que ponderantur de p̃uatione beneficiorum ⁊ ꝑi Jn secundo casu. s. de defectu calicis idonei dubium ẽ an propter illud irregularitas incurratur. quia pena illa depositionis que habetur extra de cele. missa. i. 3. paragrafo prope finem infligitur propter multa. s. quia non vtebatur calice debito nec aqua nec igne. Et ita dubium est si propter quodcunque istorum separatim debeat infligi depõ quia ibi omnia concurrebant. Ricar. di. 13. 4 q. p̃ ar. 4.

Tertium principale. scilicet exparte temporis breuiter tenetis quod a principio dici vsque ad nonam missa congrue celebratur non computando principium dici ab ascensu solis super orizontez nostrum sed ab illa hora ex qua radij solares illuminãt emisperium nostrum quod dicitur p̃cipium aurore ⁊ incipit secundum auctores in libro de crepusculis quando ol ẽ sub orizonte ad. io. ⁊ 8. gradus quorum ascensus non continet spacium vltra horze equalis ⁊ quintam vnius horze. ⁊ ille terminus celebrandi tunc non ante probatur de conse. di. prima. Nocte sancta natiuitatis missas celebrent p̃sbyteri ⁊ infra eadem di. paragrafo de ieiunijs. Jn sabbato sãcto circa noctis initiũ missarum solennia sunt celebranda. ⁊ ratio est quia illa pars diei artificialis que ẽ post nonam sabati sancti cõputatur cum nocte precedente diem dominicam. vnde in benedictione cerei dicitur. quibanc sacratissimam noctem. terminus autẽ celebrationis. s. hora nona colligitur ex consuetudine extra de cõsecratione ecclesiarum. ⁊ ille terminus maxime attingitur in diebus ieiuniorum quando regulariter in ecclesijs collegiatis cõsuevit circa horam nonam missa de ieiunio celebrari. Jstam autez circunstantiam temporis comitat̃ quoddã necessariũ ad faciendũ tractũ temporis in celebratione misse ordinata quacunqz hora dici artificialis fiat. s. legere introitum orationis ⁊ epistolã sicut in missalibus fm vsuz ecclesie romane notat̃. sine quibus premissis nullus ordinate conficit. nec forte absolute quis conficere posset vt supra tactum ẽ di. 8. qõe. p̃ma ⁊ scda nisi premitteret ad min⁹ i⁹ verba per que signaret se p̃ferre verba consecrationis in p̃sona xp̃i nõ in persona sacerdoti. Ultimum ẽ q̃ celebrantẽ opz habere aliquez respondentem in persona totius ecclesie: vt denotet esse mediatoz inter deuz ⁊ ecclesiã offerens sacrificiuz deo p̃ ecclesia que sibi assistit in offerendo.

Ad argumenta p̃cipaiia ad primũ potest exponi illa glo. illius verbi malachie quicquid a nobis benedicitur supple inquantũ mali estis. quia mali inquantũ huiusmodi adulando benedicunt malis quibus deus veraciter maledicit. sed in eucharestia sacerdos non benedicit inquantum malus. sed inquantum habet in benedi-

tendo ⁊ consecrādo intētionez ecclesie. Ad scōm dici tur nulla ei relinquit potestas verū est de potestate ad ordinate exequendū nō aūt de potestate ad simpliciter exequendū. Ad 3m si oblatio sacramēti habeat efficacitā p illo p quo offert necesse ē cōcedere q̄ oblatio facta a malo equalē hēat efficaciā sicut illa que est facta a bono. Sed si multa alia cōcurrentia in missa per modū orationis multuz faciant ad efficatiā misse q̄ vz pbabile. q̄ deuotio in vna alia oratiōe nō multo min⁹ distat apud deū a deuotiōe i quibusdā ptinentib⁹ ad missā et deuotio accepta ꝫ merita illius cui⁹ ē deuotio. sequit̄ q̄ missa melioris erit melioz. ⁊ tn sacramētū vtrobiqz ē quale. Si queras qd simpliciter tenēdū. Respōdeo nullū bonū recōpēsat deus p̄m iusticiā distributiuā nisi pp aliq̄d meritū cui correspōdet illud bonū. Istd meritū q̄d dr̄ eē in celebratiōe misse vt missa ē nō pōt eē meritū abstractū sicut ydea Platonis. g̃ oz q̄ sit realiter aliq̄d meritū ergo totius ecclesie vel alicui⁹ mēbri. non ē toti⁹ ecclesie nisi q̄ alicui⁹ ptis. nō ē aūt partis male ⁊ mortue in toto sic eēt ptis viue. i. exūtis ⁊ opantis i charitate g̃ in missa nō est tm̄ meritum cuiuscunqz qui ē mali sicut qui ē boni. ⁊ p p̄ns de⁹ p̄m iusticiā retribuit nā nō hz alicui i ecclesia nec eēt toti ecclesie recōpensare tm̄ bonū. p ista sicut p illa. Ad 4m dico. q̄ sumere ē magis cōe ⁊ necessariū q̄z ofᷓicere. ⁊ magis necessarium. hz sit in se aliq̄d nobili⁹. plurib⁹ tn̄ cōpetit q̄z min⁹ mobile qd ē minoris nobilitatis. rō ē maioz siue ꝯmunioz necessitas ita est hic. qui xp̄us exp̄resse docuit se velle sumi eucharistiā a quolibz xp̄iano. Jo. 6. Nisi manducaueritis carnē filij hominis. ⁊ ibi loquit oib⁹. ꝫ cōsecratione siue dispensatione noluit ita eē cōmunē q̄ nō fuit ita necessariū vt essz cois. p̄sit. n. pauciores dispēsare q̄z suscipere. Ad 5m dico q̄ Laurenti⁹ dispēsauit sanguinē xp̄i. vt pz in legēda qd bn̄ ē cōgruum. q̄ sanguis nō dispensat nisi in calice. tact⁹ aūt calicis concedit diacono. sed corpus nō dispēsat nisi species panis tangat. Ideo sequēs auctoritas de dispensatiōe corporis a diacono vz difficilior. Ad quā dici pōt q̄z simpliciter in casū necessitatis cōcedit diacono dispēsare cōpus xp̄i. vt dicit auctoritas allegata. ꝫ nō sequit ex hoc q̄ possit cōficere. q̄ min⁹ ē dispensare q̄z cōficere. Multo aūt modo laico ofᷓicere nec eēt dispensare cōuenit ꝫ illud de. cō. di. 2. peruenit. vbi dr̄ q̄ qdā p̄sbyteri in tm̄ pendūt diuina mysteria vt laico corpus dn̄i tradāt ad differēdū infirmis. ⁊ sequit. Interdicit synodus ne talis temeraria p̄esumptio. amplius fiat: Rō cōgrua ē. q̄ sicut ab aīa mediāte corde deriuant virtutes aie ad cetera mēbra ⁊ in corde ē p̄ncipalis sedes vite. i6. de ialib⁹. ⁊ ēt in q̄libz politia act⁹ p̄ncipales ptinēt es ad illā politiā ptinēt ad aliq̄z psonā p̄ncipalē in illa politia. ita rōnale ē istū actū ofᷓiciēdi ⁊ dispensandi eucharistiā residere apud illuz ē p̄ncipalis i hierarchia ecclesiastica. hāt ē sacerdos. g̃ ꝛc. Cōfirmat h. q̄ nō minoris reuerētie vl auctoritatis ē posse sup corp⁹ xp̄i vel nō q̄z sup corp⁹ xp̄i misticū 2m aūt soli sacerdoti q̄uenit eq̄. g̃ vl magis p̄reuerentiā corpis xp̄i vi soli sacerdoti q̄ueniet auctas respectu ip̄ius ofᷓiciendi ⁊ regularit dispēsādi. nō. n. p̄t i ecclesia nimis digna p̄sona nec min⁹ dign⁹ grad⁹ inueniri ad p̄secratiōez isti⁹ sacri. quo veracit̄ ⁊ realit̄ ꝺtict̄ ille q̄ sacr⁹ sactoz cui sit gla in secula seculoz Amen.

Ista ē distinctio xiii huius

quarti libri. In qua mgr̄ post q̄z egit supi⁹ de sacō eucharistie q̄tuz ad esse ⁊ fieri. Nic agit de ei⁹ ministro. ⁊ tria facit. Primo. n. ingrit an malus sacerdos possit p̄secrare. Secūdo hereticū seu scismaticum non posse cōficere nititur determinare. Tertio oñdit aialia bruta nullatenus posse trāducare. Primū a principio vsq̄z ibi. Illi vo q̄ exōicati sūt. Scōm vsq̄z ibi. Illud vo sāg dici pōt. Tertiū vsq̄z ad finē dis. In spāli sntia q̄. Malo sacerdote vez sacrm cōficit. q̄ nō i merito ipius. ꝫ in verbo creatoris efficit. Hāc mgr̄ insinuās querit p̄mo vtrū hoc sacrm malus sacerdos possit cōficere. Et rndet q̄ bonitas vel malicia sacerdotis nihil facit ad cōsecratiōnē. q̄ p̄secratio nō in merito p̄secrātis ꝫ in verbo efficit creatoris. In hoc. n. sacro sub tegimēto rerū visibiliū diuina virtus secreti⁹ opat salutē. qđ auctoritatibus cōfirmat. Sed a p̄pō est hec. Schismaticum ⁊ hereticū nō posse cōficere p magistrū asserit ⁊ itētio i ipo consecrāte necessario exigit. Hanc mgr̄ ponēs dicit q̄ ab ecclia dei p excōicationē vel hereſim pcisi nō vz hoc sacrm posse cōficere q̄uis sint sacerdotes. tū q̄ oblatio hui⁹ hostie fit ex p̄sona totius ecclie. ipi aūt extra ecclias sunt. Tū q̄ m h⁹ i sacri celebratione nūci⁹ ecclesie mittitur ad bñdicēdū. Nō ē aūt p̄sumendū q̄ deus bñdicat bñdictionib⁹ p̄cisoꝝ ab ecclesia. Postea dicit q̄ ad sacri huius p̄fectionē duo requirunt̄. i. ordo ministri. i. q̄ sit sacerdos ⁊ intētio. Subdit q̄ ille qui nō credit eti az pōt itētionē bre⁊ p p̄ns cōsecrare dūmodo intendit agere ⁊ facere qđ facit ecclia. Tertia p̄opō ē hec. Magister videtur dogmatizare bruta aialia nullaten⁹ xp̄i corp⁹ manducare. Hanc mgr̄ insinuās dicit q̄ bruta aialia corpus christi no sumūt: quid aūt sumāt dum hostiā manducant dicit q̄ deus nouit. Postea epilogando dicit se de hoc mysterio breuiter dixisse a fidelib⁹ catholicis fideliter tenenda: quibus si quis cōtradicit hereticus vidētur. Ultimo quasi incidentaliter dicit q̄ hereticū fallit intelligentia p̄rana p̄m be. Aug. de vtilitate credendi. aut hereticus est qui causa cōmodi temporalis ⁊ glorie vel talium vel nouas opiniones gignit aut sequitur. Et tm̄ in speciali.

De penitentia.

Dist. 14.

Ostquā de penitentia agendum est. Penitentia longe positis a deo necessaria ē vt appropinquet. Est. n. vt ait Piero. secunda tabula post naufragiuz q⁊ si quis vestem innocentie in baptismo perceptam peccando corruperit. penitentie remedio reparare potest. Prima tabula est baptismus vbi deponitur vetus homo ⁊ induitur nouus. Secūda penitentia. qua post lapsum resurgimus. dum vetustas reuersa repellitur ⁊ nouitas pdita resumitur. Post baptismū prolapsi per penitentiam renouari valent. sed non per baptismum. licet homini sepius pēitere sed non baptizari. Baptismus tm̄ est sacramentum sed penitentia dicitur ⁊ sacramētum ⁊ virtus mentis. Est enim penitentia interior ⁊ est penitentia exterior. Exterior sacramentum est. interior virtus mentis est. et vtraqz causa salutis est ⁊ iustificationis. Utrū vero omnis exterior penitentia sit sacramentum: vel si non omnis. que hoc nomine censenda sit consequenter inuestigabimus. Ad penitētia cepit Joānis predicatio dicētis. Penitentiam agite appropinquabit enim regnū celorum. Quod autem preco docuit. illud post veritas predicauit: exordium sumēs sermonis a penitentia. Penitentia dicitur a pu

Piero. sup Daniel.

niendo.qua quis punit illicita que cõmisit.

Unō di penitē.

Penitentie virtus timore concipitur. Unō Esa. A timore tuo dñe concepim⁹ ⁊ pepim⁹ spiñ salutis. Est aūt pnia: vt ait Ambr. Mala p̄terita plāgere: ⁊ plāgenda iteruz nō ꝯmittere. Itē Greg. Penitere ē añacta pcā defle re: ⁊ flenda nō ꝯmittere. Nam qui sic alia deplorat: vt alia tū cōmittat. adhuc pniam agere aut ignorat aut dissimulat. Quid.n. pdest si pcā luxurie quis defleat. ⁊ adhuc auaricie estibus anhelat His vbis quidā vehemēti⁹ inherētes. contēdunt vere penitentez vltra nō posse peccare dānabiliter. ⁊ si grauiter peccauerit verā nō percepisse penitentiā. Quod ēt aliis muniūt testimoniis. Ait.n. Isi. Irriſor est ⁊ non penitens qui adhuc agit quod penitet. Nec videtur deum poscere subditus sed subsannare superbus. Cams reuersus ad vomitum ⁊ penitens ad peccatū. Multi lachrymas indesinenter fundunt: ⁊ peccare non desinunt. quosdam accipere lachrymas ad penitentiam cerno. ⁊ affectum penitentie non habere: quia inconstantia mentis nunc recordatione peccati lachrymas fundunt nūc reuiuiscente vsu ea que fleuerunt iterando committunt. Esa. de peccatoribus dicit. Lauamini mundi estote. Lauatur ⁊ mundus est qui preterita plangit ⁊ flenda iterum non cōmittit.: Lauatur ⁊ non est mundus qui plangit q̄ gessit nec deserit. ⁊ post lachrymas ea que defleuerat repetit. Item Augu. Inanis est penitentia quaz sequens culpa coinquinat. Nihil prosunt lamenta si replicantur peccata. Nihil valet veniam a malis poscere: ⁊ mala denuo iterare. Itez Grego. Qui commissa plangit: nec tamen deserit, pene grauiori se subiicit.

Isiō. i li. de sūmo bono.

Augu⁹. im lib. soliloquor.

Grego.

Ambr. i libr. de vnica pnia.

Item Ambr. Reperiuntur qui sepius agendam penitentiam putant qui luxuriantur in christo. Nam si vere penitentiam in christo agerent: iterandaz postea non putarent. quia sicut vnum baptisma. ita est vna penitentia.

Ambr. sup ep̄laz ad cozin.

Augu⁹. sup octonarium 22.

Quidsit pnia.

Dēmissio p̄missozū verborum.

His aliisq; pluribus vtuntur in assertione sue opinionis. Sed Ambrosius dicit. Nec vera penitentia est cessare a peccato. Et item. Magni profectus est renunciasse errori. Imbutos enim viciis animos ex vere atq; emendare virtutis ē perfecte ⁊ celestis gratie. ⁊ ideo sane ita diffiniri potest. Penitentia est virtus qua commissa mala cum emendationis proposito plangimus ⁊ odimus ⁊ plangenda vlterius committere nolum⁹. quia penitentia vera est in animo dolere ⁊ odire vicia. Unde illa verba premissa. penitere est anteacta deflere ⁊ flenda non committere. recte sic accipi possunt vt non ad diuersa tempora. sed ad idem referuntur. vt scilicet tempore quo deflet commissa mala non committat voluntate vel opere flenda. qō innuitur ex verbis ꝯsequētibus Nā g sic alia deplorat ⁊c. Dic Aug. ait. Cauendus est ne quis existimet nephāda crimina qualia qui agunt regnum dei non possidebūt quottidie perpetrāda. ⁊ elemosynis quotidie redimenda. In melius est enim vita mutāda. ⁊ per elemosynas de peccatis preteritis propiciandus est deus. non ad hoc emēdus quodammodo vt ea semper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamētum peccandi. ⁊ si miserendo deleat commissa peccata: si non satisfactio congrua negligat.

Dic⁹ papa.

Item Dius papa. Nihil prodest homini ieiunare ⁊ orare ⁊ alia religionis opera agere nisi mēs ab iniquitate reuocetur. Quia ergo a malis sic mentem reuocat vt commissa plangat ⁊ plangēda committere nō velit nec satisfacere negligit: vere penitet. Hecideo nō est vera penitentia. quia forte non de proposito sed casu vel infirmitate peccabit. Ille autē irriſor est ⁊ non penitēs qui sic commissa plāgit vt plangenda voluntate vel opere committere non desinat. Ille etiam qui p⁹ lachrymas repetit que fleuit lauatur ad tempus. sed mundus non est. i. illa mundicia non est ei sufficiēs ad salutem. quia est momentanea non perseuerans. Item illud. inanis est penitentia quā sequens culpa coinquinat. sic intelligendum est inanis est. s. carens fructu illius penitentie quam sequens culpa non inquinat. Illius enim fructus ē viatio gehēne ⁊ adeptio glozie mortificatur. n. illa penitentia ⁊ alia anteacta bona sequens pctūm. vt non sortiantur mercedem quam meruerunt cum fierent. ⁊ quam haberent si peccatum non succederet. Sed et si ō pctō succedēti pnia agat pnia que precessit. ⁊ alia anteacta bona reuiuiscunt. sed illa tantum que ex charitate prodierunt. illa enim sola viua sunt que ex charitate fiūt. ideoq; si per sequētia peccata mortificantur. per subsequentem penitentiam reuiuiscere possunt. Quero sine charitate fiunt mortua ⁊ inania generantur. ⁊ ideo per penitentiam reuiuiscere nō valent. Similiter intelligendum est illud. Nihil prosunt lamenta ⁊ cetera. Et illud. nihil valet ⁊ cetera. Si ei replicantur peccata nihil valet ad salutem vel ad veniam in fine p̄cedens lamentum quia nihil relinquitur de vite mundicia. quia aut peccata dimissa redeunt vt quibusdam placet cum replicantur vel si non redeūt. eis tamē deletis propter ingratitudinem ita reus ⁊ immundus constituitur. cum adhuc inexdiandis implicatur vt si iam deleta redirent. De hoc tamen scilicet an peccata redeant post plenius agemus. Similiter nihil valet ad salutem obtinendam. vel ad mūdiciā vite habendam. veniam de malefactis poscere. ⁊ malefacta denon iterare. Ita etiam intelligendum est illud quod iō Augustinus alibi ait. Penitentia est quedā dolentis vindicta sēper puniēs in se qō

Aug⁹ in li. ō vni ca pnia.

dolet commisisse: ⁊ infra. Quotidie dolendus est de peccato. quod declarat ipsa dilectionis virtus. Penitere enim est penam tenere. vt semper puniat in se viscendo quod commisit peccando. Ille penas tenet. qui semper vindicat quod commisisse dolet. Penitentia ergo est vindicta semper puniens in se quod dolet commisisse. Quid restat nobis nisi dolere in vita: vbi enim dolor finitur: deficit ⁊ penitentia. Si vero penitentia finitur. quid relinquitur de venia. Tandiu gaudeat ⁊ speret de gratia. q̄diu sustentatur a penitētia. Dicit n. dominus. Vade ⁊ amplius noli peccare. nō dixit. Ne pecces. sed ne voluntas peccandi in te oriatur. Quod quomodo seruabit̄ nisi dolor in penitentia cōtinue custodiatur. sed semper doleat ⁊ de dolore gaudeat ⁊ non sit satis q̄ doleat. sed ex fide doleat. ⁊ non semper doluisse doleat.

Determinatio intelligentie dictorum.

De penitentia perfectorus

vel ad salutem sufficienti intelligendum ē qō supra dixit. s. penitentia est vindicta semp puniens quod commisit. ⁊ alia huiusmodi. Illō vero. Si penitentia finitur nihil de venia relinquitur. dupliciter accipi potest. Si enim iusta quorundam intelligentias peccata dimissa redeunt. facile est intelligere nihil de venia relinqui. quia peccata dimissa iterum replicātur. Sicut enim ille qui ex seruitute in libertatem manumittitur. interum vere liber est. ⁊ tñ propter offensam in seruitutē postea reuocat̄ Sic ⁊ penitenti peccata vere dimittuntur. et tamen propter offensam que replicatur iterus redeunt. Si vero non redire dicātur: sane potest dici etiam sic nihil de venia relinqui. non q̄ dimissa peccata iterum imputentur. sed q̄ propter ingratitudinem ita reus ⁊ immundꝰ constituitur. ac si illa redirent.

De solēni ⁊ vnica penitentia.

Illud autem quod ambro

lius ait. Reperiuntur ⁊c. Et sicut vnū baptisma: ita ⁊ vna penitentia. non ꝑm generales sz ꝑm specialem morem ecclesie de solēni penitētia dictum intelligitur. que apud quosdas semel celebrata non iteratur. Item illud aliud Ambrosii. Penitentia semel vsurpata nec vere celebrata ⁊ fructum prioris aufert: ⁊ vsus sequentis amittit. de solēni intelligitur. Solēnis ergo penitentia vt Ambro. in eodem ait. ē q̄ fit extra eccl̄ias i māifesto i ciere ⁊ cilicio q̄ p grauioribꝰ hōrēdisq; ac māifestis delictis tñ ipontinr. ⁊ illa non est iterāda ꝑ reuerētia sacramenti. ⁊ ne vilescat ⁊ contemptibilis fiat hominibus. Unde Augustinus. Quanuis caute salubriter prouisum sit. vt locꝰ illius humilime penitentie semel in ecclesia ꝑcedatur: ne medicina vilis minus vtilis esset egrotis. que tantomagis salubris est quantominus cōtemptibilis fuerit. Quis tamē audeat deo dicere. Quare huic homini qui post penitentiam primas rursus se laqueis iniquitatis obstringit adhuc iterum parcis. Origenes quoque de hac solēni penitentia que pro grauioribus criminibus iniungitur ait. Si nos aliqua culpa mortalis inuenerit que non in crimine mortali. vel in blasphemia fidei sed i sermonis vel in morum vicio cōstat. Hec culpa semper reparari potest. Hec interdicitur aliquando de huiusmodi penitentiam agere. Sed non ita de grauioribus criminib⁹ In grauioribus enim criminibus semel tantum penitentie conceditur locus. Cōmunia que frequenter incurrimus semper penitentiam recipiunt ⁊ ⁊ semper redimūt̄. Communia dicit venialia peccata ⁊ forte mortalia quedam aliis minus grauia. Que sicut sepe committuntur. ita frequenter per penitentiam redimuntur. Sed de grauioribus criminibus semel tantum agitur penitentia scilicet solennis. Nam ⁊ de illis si iterentur iteratur penitentia sed non solēnis. quod tamē in quibusdam ecclesiis non seruatur.

Augus ad macdonium

Origenes sup leuitic.

Auctoritatibus probat q̄ non semel tantū sed frequenter peccata dimittantur per penitentiam.

Quod vero penitentia non

semel tantum agatur: sed frequenter iteretur. ⁊ per eam frequenter iterum veniam prestet̄ pluribus sanctorum testimoniis probatur. Ait eiz Augustinus scribens cōtra quosdam hereticos qui peccantibus post baptismum semel tantum dicebant vtilem esse penitentiam. ita. Adhuc instant perfidi qui sapiunt plus quam oportet non sobrii: sed excedentes mensuram dicunt ⁊ si semel peccantibus post baptismum valeat penitentia non tamē sepe peccantibus proderit iterata. alioquin remissio ad peccandum esset incitatio. Dicūt enim quis non semper peccaret si semper redire posset. Dicunt enim dominum incitatorē mali si semper peccantibus subuenit. ⁊ ei peccata placere quibus semper presto est gratia. Errant autē. Cōstat. n. ei peccata displicere. qui semper presto ē ea destruere. si ea amaret: non semper ea destrueret Idem ad macedonium. In tantum hominum iniquitas aliquando progeditur. vt etiam post peractā penitentiam post altaris recōciliationem. vel

Aug. in li. de penitentia

Augus. ad macedonius.

similia vel grauiora ꝓmittāt. ⁊ tñ deus facit ēt sup tales oꝛi solē suū. nec minꝰ tribuit ꝙ ānte tribuerat largissima munera vite ⁊ salutis. ⁊ ꝙ uis eis in ecclesia locus ille penitētie nō concedatur. deus tamē sup eos sue patie nō obliuiscit. Exquoꝛ nūero si qs nobis dicat: dicite mihi vtꝛ aliqd plus ad vitā futuraꝫ si isti ista vita illecebrosissime voluptatis blandimēta cōtempsero. si me penitēdo vehemētis quaꝫ prius excruciauero. si vberius fleuero: si melius vixero. si paupes largiꝰ sustētauero: si charitate ardētius flagrauero: qs vestruꝫ ita desipit. vt huic homini dicat. nihil tibi ista in posterum prodeūt. Vade saltem huius vite fua uitate fruere. Auertat deus tam immanem sa
Jo. chꝛ. crilegāqꝫ dementiam. Item Joānes chꝛysostomus. de repatione lapsi. Talis mihi crede. talis ē erga hoīes pietas dei. Nūquā spernit pniam si ei sincere ⁊ simpliciter offeratur ēt si ad sūmuꝫ qs peruenīat malorum: ⁊ inde tñ velit reuerti: ad virtutis viam suscipit libenter ⁊ amplecti tur. ⁊ facit omnia quatenus ad priorē reuocet statuꝫ. Quodqꝫ est adhuc prestātiꝰ ⁊ eminentius etiā si nō potuerit qs explere omnes satisfaciendi ordinem. quātulācūqꝫ tamē ⁊ quālibet breui tempore gestam non respuit penitētiaꝫ. suscipit etiā ipsam nec patitur quāuis exigue cōuersionis perdere mercedem. Etem plis etiā hoc inde astrui potest. Dauid enim per penitētiaꝫ adulterii simul ⁊ homicidii veniam impetrauit. grauiter tamen postea deli-
Ambr. in apologia dauid. quit in populi enumeratiōe. qō populi multitudo prostrata ostendit. Illud autem mirabile est ꝙ angelo ferienti plebem se obtulit dicens. Grex iste quid fecit. fiat manus tua ī me ⁊ in domum patris mei. Quo facto statim sacrificio dignus iudicatur. qui absolutione estimabatur indignus. Nec miruꝫ si talis sua oblatione pro populo: peccati sui adeptus ē veniam. cum moyses offerendo se pro plebis erroꝛe peccata diluerit. Vt alijsqꝫ testimōijs pluribus euidenter ostenditur per penitentiā non semel tātuꝫ sed sepius nos a peccatis surgere. ⁊ veram penitentiam sepiꝰ agi. Voluntarie enim peccantibus nobis: vt ait Apostolus. pro peccatis non relinquitur hostia secūda. scilicet quia semel tantum christum oporuit pati: nec relinquitur secundus baptismus.

Relinquitur vero secunda penitentia ⁊ ter
Jo. chꝛi. tia deinceps vt Joannes chꝛysostomus super hunc locum ait. Sciendum inquit ꝙ hic quidam exurgunt horum verborum occasione penitentiam auferentes. quasi per penitentiam non valeat peccatoꝛ post lapsum resurgere secundo ⁊ tertio. ⁊ deinceps. Verum etiam in hoc penitentiam non excludit. nec propitiationem que sepe fit pe. penitentiam sed fm baptismum ⁊ hostiam.

Ost hoc de potentia. Postq̄ mḡr determinauit de sacrāmēto baptismi. ⁊ confirmatiōis ⁊ eucharistie. Hic determinat de sacrāmēto penitentie. qō est cōe sacramentū tñ post baptismum quia secunda tabula post naufragium. est penitentia fm Hiero. Circa istā dis. quero primo vtꝛ penitentia necessario requiraꝫ ad delectionem peccati mortalis post baptismū cōmissi. vꝛ ꝙ nō. quia cessante actu interiori ⁊ exteriori cessat ēe pctm̄ ergo stati sine penitentia deletur. añs pz qꝛ pctm̄ non est nisi deordinatio in actu exteriori vel interiori. 2° sic homo offensus pōt remittere offensaꝫ absqꝫ hoc ꝙ offendēs peniteat. ergo multomagis deus qui est sume misericors. sq̄ remissa offensa remittitur peccatū. ergo ⁊c. hec duo argumenta probant ꝙ nō requiritꝰ penitentia ad istā delectionē. Itez ꝙ nō valeat ad illā delectionē probatur primo sic Augusti. in omel. super illud Mat. 5. Estote misericordes loquens de damnatis dicit Erit ⁊ tē penitētia sed tamē infructuosa. qō ꝓbat p illud dictuꝫ de damnatis Sap. 5. Penitentiā agentes ⁊c. Si dicas ꝙ q̄diu homo est in vita ista valet penitētia ad delectionem peccati. sq̄ nō pōt. Contra hoc est auctoritas Hiero. de penitenti. di. 3. ⁊ ponit in littera Nihil iuuit profuit egisse penitentiam per quā scelus emendare nō potuit. Itē oꝛ illud per qō delet̄ peccatū mortale esse maius bonū q̄ pctm̄ illud sit malū vel eque bonū. sq̄ penitentia est minus bonū q̄ peccatū mortale sit malū. ergo ⁊c. maioꝛ pz qꝛ nō recōpensat maluꝫ nisi per bonuꝫ equale illi qō tollit minoꝛ ꝓbat qꝛ pnīa ē bonū finitū pctm̄ aūt mortale ē malū infinitū. qō pz p illō Anselm. Cur deus hō. li. 2°. c. 5. tñ malū ē pctm̄ q̄tus ē qui offendit vel in quē cōmittit. sed ille est infinitꝰ. quia tibi soli peccaui. ergo ⁊c. Hec duo argumēta ꝓbant ꝙ penitētia nō valeat ad dēletionē peccati mōtal'. Oppoⁿ ꝓbat similibus vijs. quantū ad primam viā sic Saluatoꝛ ait Luc. 3. Nisi penitentiaꝫ egeritis omnes simul peribitis. Itē Hiero. secūda epistola ad Demetriadē. ⁊ ponitur in lra pnīa est scda tabula post naufragiuꝫ. ⁊c.

Prima tabula cōparatur nauī integre: qua fracta naufragus periclitatur: nisi alicui tabule adhereat penitētia hec dicitur 2ª tabula. g̃ a simili cadēs in pctm̄ mortale ⁊ in ḡ passus naufragiū spūale periclitat nisi adhereat pnie. Itē q̄tū ad scdaꝫ exclusionē arguit sic Mat. 3. di. Agite pniaꝫ ⁊c. g̃ vꝫ. Itez Ezech. 18. Si impiꝰ egerit pniaꝫ. segt̄ oiuꝫ iniqtatū eꝰ nō recōdabꝛ vita viuet. g̃ ⁊c.

Hic sunt tria videnda. Primo qd manet in peccatoꝛe trāseunte actu a quo dr̄ peccatoꝛ qꝛ si nihil reale manet nō oꝛ q̄rere qd delēdū sit. imo oīo eēnt similes q nihil ꝓmisit ⁊ q cessauit tñ ab actu peccandi interiori ⁊ exteriori. 2° q illud delet ⁊ ad ḡ regrit aliq̄ punitio. 3° q nō q̄cunqꝫ sq̄ punitio pnalis p q̄ ipe offē dēs reducit ī amicitiā di ⁊ ī ḡ pz solutio q̄nis. De pmo sciēdū. q sicē duplex iustitia habitualis. s. gr̄a ⁊ charitas ⁊ actual'. s. rectitudo nata inēe actui elicito. ⁊ pma pz. 2ª ōclarat. qꝛ actꝰ natꝰ ē elici ꝓformiter sue regule ⁊ in ista ꝓformitate ꝓsistit rectitudo eiꝰ. Ita cū opposita eq̄ multiplr̄ dicant̄ erit duplex iinstitia habitualis. s. q̄uatio gr̄e ī eo cui dr̄ ineē. ⁊ actual'. s. q̄uatio istiꝰ rectitudinis ī actu cui debēt ineē. Post āt actū itrinsecū ⁊ extrīsecū trāseuntē manꝫ q̄dā iinstitia habitualis. Sz nō ab illa sola dr̄ qs peccatō. aliogn q ꝓmisisset duo millia peccata mortalia. ⁊ q vnū eēt eq̄ peccatoꝛ itensiue qꝛ ⁊ tota gr̄a q̄tū ad itēsionē. ⁊ sola ipa q̄tū ad extēsionē q̄uat̄ tā ī eo q ꝓmisit vnū q̄ ī eo q duo millia ⁊ iō ñ dicet vnꝰ minꝰ peccatoꝛ post actū trāseūtē q̄ alius. Assūptū ꝓbatur. qꝛ i quolibꝫ pctō mortali ita q̄uatur gr̄a q nihil eiꝰ manet ⁊ p ꝓns q aliq̄ malū succedēs nō pōt fieri intēsioꝛ. neqꝫ extēsiō lquēdo dē q̄uatiōe ista habituali qꝛ non priuat nisi vnū hitū sicut nō ē natꝰ nisi vnicꝰ ineē. ⁊ ꝑ

ratio similis est rōni Ans. de ꝓceptu virginali q̄ peccatū originale nō est natū inesse magis in vno q̄z in alio q: in quo nō est iniustitia nō pōt ab eo ꝓuari iustitia ō quo dictū ē li. 2. di. 30. q. ꝑma ꝛ. 2. Iniustitia aūt actualis manere nō pōt cessante actu q: illi⁹ ſōm ꝓx^m ē actus in aia sicut ꝛ rectitudinis sibi oppositę. nō eni aia pōt esse imediatū ſōm illi⁹ rectitudinis sed tm̄ act⁹ in aia. adduc tm̄ nō manēte actu nō manet illa rectitudo nec ei⁹ obligatas. Dz̄ g̃ q̄ manet in aīa q̄ peccauit reat⁹ culpe que ē quedā obligatio ad penā debitā illi culpe. Illa aūt obligatio est quedā rō realis nō fundata sup actū culpe ſz sup ipam ēntiā aīe non tm̄ nisi culpa ꝑuia actuali sicut ē dictū sepe supra quō sup actionē fundat rō. Sed ꝓ hb argunt dupl̄r. ꝓmo q̄ nulla relatio realis fundata sup actū culpe manet in aīa. 2o q: si maneret nō ab illo diceret aīa peccatrix. ℙrimū ꝓbat q: rō realis intrinsecus aduenięs ſequitur necessario positionē extremoꝝ. hec aut tē nō ſequitur: ꝓz q: aīa eadē manēte ꝛ deo sub penā eodē mō se hnte: non ꝓpter hoc aīa eodē modo est obligata ad penā q: nō añ pctm̄. Nō si fit rō extrinsecus aduenięs necesse est sibi dare cām per quā adueniat extremis iam positis sicut de vbi ꝛ ceteris. nō. n. pōt esse respect⁹ realis nō ſequēs extrema posita q̄n sibi vt ēmio rndeat aliq̄ actio realis. sed istius obligationis non potest dari actio realis nec agēs reale. non enim aīa quia peccādo nō habuit nisi vnicā actionē deo ordinatā: que fuit ad illud velle ꝑuatū circūſtātiis debitis: ꝛ ita nō ad istū respectū vt ad terminū. nec pōt ista obligatio dici terminus actionis diuine imediat⁹: q: nulla aīa dicitur peccatrix ꝑcise ab illo qō est terminus actionis diuine. 2^m ꝓbat ꝑ illud virtutū. q: si eēt in aīa talis obligatio nō posset fingi in esse nisi a deo imediate. ꝛ ita per istā formaliter nō eēt aīa peccatrix cū de⁹ nō fit cā peccati per se sed solū per missiue. Istā difficultatē tāgit magister di. 18. c. vltimo. ꝛ videt̄ ſoluere p̄ polluta est aia ingt quouscz̄ poeniteat sicut erat dū in ea erat ꝓua voluntas. ꝛ exēplificat de eo q̄ tetigit mortuū. cessante enim tact⁹ est imūdus sicut ꝑus. ꝛ ſubdit: ita polluta remanet aia sicut fuit in ipso actu pctī q: ita ē lōge a deo ꝑ dissimilitudinē. ipa g̃ dissimilitudo que inest aīe ex peccato ꝛ ē elongatio aīe a deo macula itelligit̄. Contra istud stat deductio ꝑ q: macula ista vel elongatio vel dissimilitudo quocūq̄z noiet̄ non pōt eē tm̄ mō carētia bit⁹ gr̄e q: illa totaliter inest ꝓmo pctō nec carētia rectitudinis in actu: q: ista nō est nata manere nisi manēte macula in actu. Itē macula sūmi odii. a. ꝛ amoꝝ sūmus ipsius a. repugnāt: g̃ per vnū auferet̄ aliud. ꝛ per ꝑ⁹ macula odii. a. possit auferri p̄ imoderatū amoꝝ ipsius. a.

Tho. in 4. dist. 14. q. 2. ar°. 1. ad 3^am q^am

Dico ergo quantum ad istū

articulū q̄ nihil reale absolutū vel relatiuū ē in aliquo cessāte oī actu pctī a quo ille dicat pctōr. ꝛ hoc vel grauiter vel multiplr̄ pctōr: sicut aliqs dicit̄ post actū trāseū tē. Q: si dicat̄ aliqd derelictū ab actu manere illud nō ē formaliter pctm̄ q: pōt stare in iustificato sicut bit⁹ vitiosus. vel dispō ad illū manet iniustificato ſbito ꝑz q: in ꝓncipio. ꝓn^m ē ad ſequēdū illā inclinationē habit⁹ viti osi. sed pugnādo ꝓ eā bn̄ mereꝝ ꝛ acgrit sibi habitū incōtrariū. vñ magni pctōres nō ſtatim q̄n ſūt iustificati habēt illā pacē quā bn̄t pfecti ꝛ exercitati in virtutibus. Quicūq̄z ēt bit⁹ vel dispō vitiosa derelinqueret̄ ex actibus desineret eē post ſturū tp̄is nisi firmaret̄ p̄ frequētes act⁹ sicut vīrois dispō ad habitū definit eē cessantibus actib⁹ ꝓficiētib⁹ habitū. Sed illud a quo pctōr dī peccator post actū nō definit eē p̄ quātūcūq̄z tp̄s ſz act⁹ ſiles nō adiciant̄. semp. n. in infinitū ē pctōr post q̄z cōmisit nō ē g̃ ibi aliqd reale absolutū vel relatiuū po sitiuū vel ꝑuatiuū a quo dicat pctōr a tpe cessationis act⁹ vsq̄z ad ꝓniam. sed tm̄ mō quedā relatio rōnis in q̄ tū ē obm intellect⁹ vel volūtatis dei: q: post q̄z cōmisit dei volūtas ordinat ipm ad penā corrūdentē pctō. ꝛ tunc intellect⁹ ꝑuidet ꝛ ꝓ oi tpe donec pena debita fit ſoluta. Istud ꝓbatur per Aug. ſup illud ps. Bti quoꝝ remisse ſūt ꝛc. videre ingt pctā deū ē ad penā ꝑputare. auertere aūt facię a pctis hoc ē ea ad penā nō reſeruare. ita g̃ dicit pctā ab eo tecta nō vt de⁹ tūc nō videat sed vt nolit ea adue tere. i. punire. g̃ ipsum remanere in reatu post actū trāseūtē nihil aliud ē nisi ipm a dei volūtate ordinari ad penā cōdignā illi pctō. obm aūt ite⁹ vel volūtatis vt intellectū vel volutū nō bz̄ nisi rōnē rōnis. g̃ ꝛc. Confirmat̄ per ſile: q: esto q̄ de⁹ in multiplicatione meritoꝝ nō intēdat bitū charitatis vt possibile est si merita sint remiſſa vel eēt si eēnt intensa. tm̄ iste q̄ plura merita bn̄t trāseūtib⁹ interioꝝib⁹ ꝛ exterioꝝib⁹ ē magis meritus q̄z alī⁹: qō nihil aliud ē nisi q: ordinat̄ ad maiorē gloriam q̄ qō nō hz̄ aliq̄ō reale positiuū vel ꝑuatiuū absolutum vel relatiuū intrinsecū isti. sed tm̄ rō rōnis in quantuz vt ē obm volūtatis diuine ordinat̄ ad multiplicē gr̄az vel gliam. ibi. n. in acceptatione dīna ordinantur ista merita. vel ille q̄ meritū ad talē vel talē gliaz. sicut ergo ista acceptatio q̄ merita trāseūtia nihil ē reale nisi actus volūtat̄ dine. ꝛ in isto tm̄ rō rōnis sicut in obo volito. ita ex alia ꝑte ꝓpter pctā trāseūtia nihil est aliud obiectō ist⁹ nisi reꝓbatio vel repulsio in volūtate diuina ꝛ in pctōre relatio rōnis vt abiecti vel reꝓbati ad talē vel talē penā ordinati. Hoc tādē oz in grosso ſili. q: figs offendat magnū ꝓncipē tali offensa cui corrūdeat pena magna: cessāte illo actu nihil ē in ipso qō ꝑus nō fuit. ꝓpē qō mō dicat̄ inimic⁹ ꝛ nō ꝑus ſz tm̄ in volūtate domini offensi ē actus transięs sup ipsum. ꝛ per hoc in ipso ē relatio rōnis vt in obiecto volito vel ordinato ad talez penam. Ex isto ſequitur corrolarium q̄ nihil aliud est post actum peccati cessante offensa macula ꝛ reatus nisi ista relatio rationis. i. ordinatio ad penam vt est disconueniens ipsi anime dicitur eius macula sicut ꝓ oppositz pulchritudo. vt autem est obligatio formaliter ad illam penam dicitur reatus. ꝛ vt est actus voluntatis diuine in qua est tota ista realitas per quem actū ordinatur ad talem penam dicitur offensa. nihil enim aliud est offendi vel irasci i deo q̄z velle vindicare ista pena. ꝛ ſz deus dicatur figuratiue iratus vel offensus. tamen accipiendo istam rationez irasci ꝓ velle vindicare excluſa passione concomitante istius velle deus formaliter est iratus vel offensus q: formaliter est volens vindicare peccatum cōmiſſum contra legem suam.

De secundo articulo dico

q̄ istud qō dictū est remanere post actum in peccatore potest deleri ꝛ quandoq̄z deletur iuxta illud ſymboli. Remissionem peccatorum. hoc ꝛ deus est remissiuus pctōr ꝛ q̄ñq̄z remittēs notā. ꝛ hoc ꝓbat̄ sic q: aliq̄n ꝑdestinat⁹ labit̄ in peccatū mortale. ꝑz de Dauid ℙetro ꝛ ℙaulo: ꝛ quasi inumeris. nō aūt pōt btificari ad qō ꝓncipaliter ordinat̄ per ꝑdestinationē nisi delero peccato accipiēdo peccatū mō ꝑdicto q: nullus btificat̄ remanens obligat⁹ ad penā ſoluēdā: q: vel simul ſoluēdam cū gl̄ia qō est impossibile. q: ad min⁹ ꝑz dispōnē diuina gl̄ia illa ꝛ pena quecūq̄z repugnat. vel post gl̄ificationē ſoluēdā qō ſili⁹ est impossibile q: deus dispoſuit illā gl̄ia in quocūq̄z finalē eē ita q̄ nō ſequet̄ aliq̄ pena. g̃ opz̄ aī gl̄ificationē remitti vel deleri ista obligationez ad penā q̄ñq̄z ſuſtinēdā. 2o dico q̄ nō remittit̄ fine pena vel aliquo equalēte in acceptatione diuina. q: p̄ qō cūq̄z peccatum offenditur deus: ſicut ſcriptura ſatis clamat offensa autem eius vel ira vt dictum est: est eius velle vindicare: vel aliquid ſufficiens ad placandum exigere. ergo posito quocunqz peccato deus vult vindicare de⁹ peccante. Sed velle vindicare: est velle punire. ergo post peccatum commiſſum ad

eius deletionē regrit aliq̄ punitio vel equalēs in acceptatione diuina. Et ꝛ culpa q̄ tollit tollat generaliter ꝑ penam sicut obligatio ad aliqd tollit per solonē illius ꝛ ꝛ q̄cq̄ tollat ꝑ aliud a pena equalēs in acceptiōe diuina. tñ regulariter per penam ordinat ꝛ si nō tollatur ꝛ hoc est qđ dicit cōiter ꝛ accipit a Boetio q̄ pena ē ordinatiua culpe ita q̄ nō pōt reling in vniuerso aliq̄ culpa cui nō cōueniat pena ordinatiua. Et simplr melius est pcōrē nō correctū esse in pena q̄ sine pena. q̄ in ꝑmo est aliqd boni. s. cōueniētia iuste pene ad culpam sed in. ꝛ. est tñ malitie. s. culpa ꝛ impunita. Nec tamē intelligo q̄ sit hic simplr necessitas cui⁹ oppositū icludit cōtradictionē. q̄ ex quo nō est idē ēntialr deum remittere culpā ꝛ punire eā vt patebit ex illa. q. di. 16. de expulsione culpe ꝛ infusione gr̄e videt q̄ de⁹ posz vnū separare ab altero. sed de potentia ordinata ista est via vniuersalr prefixa a lege diuina ordinandi. s. peccatuz per penam tanq̄z per ꝓprium correspondens.

De tertio articulo primo vi

In ista questione due sunt cōclusiōes satis certe. Prima ē hec: pnia vera siue iterior sola siue exterior cū susceptōne sacri pnie sufficit ad salutē alicuius i extremis. Secūda q̄ penitētia que videt hēri in in extremis vix est vera penitētia sufficiēs ad salutem. qz difficile tunc est habere veram penitētiam. Primum pꝫ per Augus. ⁊ ponitur in littera quoniā deus semper potens est etiā in morte iuuare quibus placet. cū ergo opus sit nō hominis sed dei fructuosa penitētia inspirare. potest eaꝫ quādocūq; vult sua misericordia. ⁊ per rationē patꝫ. qz siue penitentia interior sola per modū meriti de cōgruo si ab aliquo in extremis habeatur hoc disponat ad iustificationē. siue sacrm pnie p modū sacri operet ad eandem si ab aliquo in extremis habeaꝫ hec vel illa bētur eadem ratio perceptionis gratie q̄ ⁊ in alio penitente ⁊ per cōsequēs gratia p̄cipiet. ⁊ sic salus. Secunda cōclusio ꝓbaꝫ p̄mo: q̄ tunc impeditur vsus liberi arbitrij vel vsus liber rōnis ⁊ volūtatiꝫ ex dolore vel timore iberentibus. nō eniꝫ dico aliquē eē in extremis qui grauatur morbo p̄m communem le. curabili. vt febre tertiana vel huiusmodi: nec qui subito moritur cui⁹ mortis ad hoc nulla apparet causa. sed qui ex causis euidētibus iam positis iudicatus est proximus morti secūdum causas inferiores operantes vt in pluribus. vtpote in infirmitate quando iam attingit ad gradum disperatum iudicio medicorū. vel in alijs periculis vt submersione ⁊ huiusmodi. statim imminet mors: ⁊ in istis inquam vel est maximus dolor in parte sensitiua. vel timor maximus. Et vtraq; passio vehemēs nata ē impedire liberum vsum rōnis ⁊ volūtatis. qz p̄m Aug. 83. q. q. 36. Passiones causate a tristantibus vel tristibus pl⁹ mouent q̃ passiones a delectabilib⁹. passio aūt delectationis vehemēs q̃q; impedit totaliter: vel fere vsū rōnis: vt dicit de ci. dei li. 9. c. 14. actus aūt displicentie de pctō ad hoc q̄ sit sufficiens ad veraꝫ penitentiā siue intrinsecā solaꝫ siue ad dignā susceptionē sacramenti penitentie requirit liberū vsuꝫ rōnis volūtatis. Si dicas q̄ dolor vel timor qui inest nō totaliter impedit intellectū vel voluntatē concedo: sed multū impedit ⁊ per cōsequēs remissius ⁊ imperfectius vsus intellect⁹ ⁊ voluntatis tūc pōt haberi qui vix sufficit ad displicentiaꝫ sufficientē ⁊ requisitā ad veram penitentiā hanc rationē tangit aug⁹. in lra cuꝫ sera venit penitentia tantus aliquando cruciatus ligat mēbra ⁊ dolor sensū oppīmit vt vix homo aliquid cognoscere valeat. Secundo ad hoc q̄ displicentia valeat ⁊ sit ordinata oꝫ q̄ sit debite circunstationata ⁊ maxime circunstātia finis ⁊ p̄ncipij acti p̄ncipalis vt. s. sit volūtaria ꝓpter deū. sed difficile est tunc habere actum sic circunstātionatū tum q: qui vsq; tunc fuit impenitēs nō videret nunc extorquere a seipso dplicentiā nouam nisi timore pene iminentis. p̄sumit. n. q̄ si remot⁹ esset a pena sicut p̄ius nō extorqueret a seipso illā displicentiā sicut nec p̄ius tum q: saltē aliquid simpliciter inuoluntariū videt causa istius displicētie: nā expectatio mortis videt causa istius displicentie. illa aūt ē inuoluntaria. ⁊ q̄ nō fit nisi ex suppositione cuiusdā voluntarij nō est simplr volūtariū. sic nō oio volūtarie p ijscit qs merces i mari: si n̄ p̄icit nisi ex suppōne cuiusdā p̄clitatiōis quā nollet. saltē qđ nō est nisi sit volūtariū nō est multū acceptū alij. nec multū videt ꝓpter amorē eius factuꝫ hāc rationē tangit Aug. in lra opꝫ nō solū timere iudicē: sꝫ diligere. arbitrij. n. libertatē q̄rit vt ōlere possit cōmissa non necessitatē: charitatem nō timorē nō igit timeat penā qui penitet: sꝫ anxiet̄ ꝓ gloria. Tertia ratio: qz habitus malus vsq; tunc continuatus multū retrahit ab actu pnie. ⁊ hanc rationem tangit Augu. in littera: cuꝫ filij quos illicite dilexit sint p̄sentes vtor ⁊ mundus ad se vocet multos solet penitentia serotina decipere. itelligebic delectabilia esse p̄sentia in se vel in fantasmatibus vehementer impressis ⁊ siue sic siue sic ex vehemētia habitus cōtinuati multū inclināt ad se inordinate amanda: ⁊ per consequens magnam faciunt difficultatem ad habendum magnam displicentiam de eis ad hoc vt sit dispositio sufficiens ad deletionem culpe. Quarto quāto aliquis est minus dominus sui actus tanto requiritur intensior displicentia ad hoc q̄ sit dispositio sufficiens ad deletionē culpe. Iste aūt minus est dom⁹ quia nullo modo est dominus actus exteriorꝫ ad peccandum, requireretur igitur secundum strictam iustitiam intensior motus displicentie ad iustificationem eius q̃ ad iustificationem sanī: cum vix possit habere eque intensum. Et hanc rationeꝫ tangit Aug. in littera. Age penitentiā dum sanus es: si sic agis securus es quia penitentiam egisti quando peccare potuisti. si vis agere penitentiam quando iam peccare nō potes peccata te dimittunt: non tu illa. adminus non tu ita libere illa dimittis sicut ille sanus. ⁊ ideo quantuꝫ deficit in te de libertate. tantū sꝫ rigorem requiritur in te motus intensior quem vix vel nūquam poteris habere. Ideo dicit Augustinus q̄ magnum est beneficium cui deus tunt inspirat si quis est veram penitentiam. q: vix vel nunquam est aliquis qui hēat dispositionem de congruo: vt sibi inspiretur. Existis sequūtur duo corrolaria. vnum q̄ sano persuadendum est vt san⁹ peniteat incutiendo sibi timorem q̃ periculosum sit expectare serotinam penitentiam ꝓpter rationes p̄dictas. Aliud corrolarium q̄ infirmo iam ad articulum istum deducto suadendum est vt p̄m suam possibi

Quod liber⁹ offert gr̃a ti⁹ accep-ptatur.

franciscus de marōis dic q̄ ē miraculū si tūc qs hēat verā penitētiaꝫ

litatem laboret ad penitentiam ordinatam: vt. ſ. non obſtante dolore vel timore vtatur ratione quātū pōt: ⁊ nitatur habere diſplicētiam voluntariam propter finē debitū. ſ. propter deū ⁊ renitatur male inclinationi habitus ⁊ delectionū preſentiū: ⁊ laboret ad diſplicentiaz quantū poterit habere licet breuē. ⁊ ne in deſperationē mittatur: extollenda eſt ſibi dei miſericordia, proponēdo ſibi exempla de latrone illo cuius fuit penitentia ſera: ſed non ſera indulgentia.

Ad argumenta. Ad primuz

dico q̄ preſumptio eſt ꝑm ea que eueniūt vt in plurib⁹ ⁊ magis apparent conſona rationi recte ſed vt in pluribus videtur difficile: vel impoſſibile tali magis penitere q̄z non penitere propter rationes predictas tamē iſta preſumptio non concludit demonſtrare: q̄ lz vt in pauciorib⁹ ⁊ difficiliter poſſibile ē tamen oppoſituz euenire. ⁊ ideo dicit Auguſtin⁹. nō dico q̄ ſaluabitur ſed nec dico q̄ dānabitur. quia de neutro pōt homo cē cert⁹. Ad ſecundū concedo q̄ ſi ſcienter exponit ſe piculo ſalutis ille peccat mortaliter. ⁊ ideo iſte ſi aliquo actu elicito determinat ſibi nūq̄z penitere niſi in extremis: illo actu elicito exponit ſe piculo tali. q̄ peccat mōtaliter. lz etiam de illo peccato ſi ſic peccauit poſſibile eſt ip̄m penitere in extremis. ſicut ⁊ de aliis. Ad tertiū dico q̄ q̄diu aliquis habet vſum liberi arbitrii poteſt peccare peccato interiori lz nō exteriori. ſaltem complacendo in peccatis iam pri⁹ commiſſis. ⁊ ita poteſt peccatum tunc dimittere per diſplicentiaz de eis. lz neceſſe ſit non peccare peccato exteriori. ſed ⁊ iſtud intantū poteſt eſſe ſibi ꝑ tunc voluntarium. vt habeat tuncvoluntatem q̄ ſi poſſet tunc peccare peccato exteriori fugeret ℔ omnino. ⁊ non tñ diſplicentiā. ſed aliam penitentiam exteriorem habere de peccatis prius cōmiſſis ſaltem in voto ſi ſuperuiuat. Ad aliud dico q̄ legiſlator non debet ea pretermittere que ꝑm ſe ſunt congrua in le. ordinata. lz aliquis ex illis accipiat occaſionem delinquēdi. alioquin nunquaz deus debuiſſet inſtituiſſe penitentiam aliquam in aliqua lege. quia quilibet poteſt ex hoc accipere occaſionē delinquendi quā nō acciperet ſi nō poſſet poſtea penitere. nūc autem ad le. ſimpliciter ordinatam ꝓ ſtatu iſto nature lapſe requiriē q̄ penitētia poſſit cē fructuoſa. ⁊ qua rōne i quocunq̄z inſtāti ſanitatis. pari rōne ⁊ magis in extremis imo magis eſt neceſſariū pro multis iperfectis q̄ tunc poſſit valere. Dico igitur q̄ iſtud nō eſt occaſio data a lege. ſed tñ accepta ab imperfectis. ꝟz ſe aūt eſt occaſio ſeruādi legē propter amorez legiſlatoris qui tante miſericordie eſt erga miſeros vt nunq̄z eis claudat ſinum miſericordie ſue. Poteſt cōfirmari reſpōſio. quia quādo ex aliquo directe prouenit mal⁹ bonum q̄z indirecte tanq̄z ex occaſione accepta peruenīat malum. tunc illō faciendum eſt ⁊ nullo modo pretermittendum ꝓpter talem occaſionem. ſed maius bonum eſt quoſdaz vſq̄z in finem. malos per penitentiam ſaluari q̄z malum ſi peccatum eſt iſti⁹ occaſiōe factū. quia per iſtam penitētiam multi finaliter attingunt ad terminum predeſtinationis diuine. per illam autem occaſionē diuinam nulli cadunt ab iſto. ⁊ ſi aliquando peccāt. tamen non peccato quo finaliter damnentur. Ad aliud cōcedo q̄ oz iſtum alia pena puniri ꝑ peccato. ſed hoc nō debz ſibi imponi hic. quia non poteſt illam hic implere. nec poteſt ſibi imponi q̄ tanto tempore ſit in purgatorio. quia iſte ſacerdos non bz auctoritatē ſibi infligendi illā penā ſed proponenda eſt ſibi pena correſpondens peccatis tali modo. ſi ſan⁹ eſſes talis penitentia eſſet tibi imponenda. quam ſi conualueris ſtudeas adimplere. ſed nunc es in manu domini cōfide de miſericordia ei⁹. quia et ſi te puniat. tamen miſericorditer vel in caſu vbi non poteſt protrahi. multus ſermo. non oportet aliquam penam ſibi ſpecificare. ſed tantum eum inſtruere de dei miſericordia ⁊ iuſtitia. Ad aliud quod obiicitur contra reſponſionem dico q̄ illud non miſericorditer eſt ſimile. moriens enīz in peccato mortali nihil habet retardatiuum a pena condigna. ſed iſte moriens in charitate. debitor tamen pene pro peccatis commiſſis quorum penitentiaz non fecit. habet aliquid retardatiuum a gloria. quia nullus dum eſt debitor alicui⁹ pene poteſt glorificari. quia gloria ſicut nec penam ſecum patitur. ſic nec debitum pene. quia nec ſimul nec poſterius perſoluende.

Iſta eſt di. xx. hui⁹ q̄rti libri. in qua magr̄ poſtq̄z egit de penitentia ⁊ poteſtate miniſtrorū hoc ſacramentū diſpenſātium. Hic agit de q̄buſdā cō ſequentibus. Et tria facit. Primo enim oſtendit tempus penitentie durare in extremuz vite. Secōo querit quomodo agendū ſit cū illis qui differūt vſq̄z in finem vite ſue. Tertio aſſerit ſimplicē ſacerdotē crimen publicuz epiſcopo incōſulto in extrema neceſſitate reconciliare. Primū facit vſq̄z ibi. Solet etiā queri vtrū ſatisfactionis. Secōm vſq̄z ibi. Nō debet tamen ꝑſbyter. Tertiuz vſq̄z ad finē diſtinctionis. In ſpeciali ſnia magiſtri ſtat in trib⁹ propoſitionibus quaruz ꝓma eſt hec. Si ſerotina penitētia mortuo valet vitā impetrare piculoſū eſt tñ pniam vſq̄z in finē vite differre ⁊ procraſtinare. Hanc magiſter inſinuans ꝓponit primo q̄ tē pus penitentie durat vſq̄z in finem vite Auguſti. tñ dicere videt q̄ illi qui ſolū in finez vite penitēt in ſecuro ſtatu non trāſeunt de hac vita ſed q̄ penitentia ſerotina eſt ſatiſfactiua ⁊ ſacrificiū veſpertinuz ⁊ ideo deo accepta. ⁊ iō premiſſa Augu. intelligenda ſunt de illis qui nō ex amore dei ſed ex timore mortis penitentiaz faciunt. vel pro tanto ſecuritatez nō dat beatus Aug⁹ q̄ difficile eſt q̄ in tali ſtatu penitentiā agant veraz pp filios. vtorez mundū ⁊ dolorez mortis que in illo ſtatu retrahūt hominē a cōuerſione ad deuz. tamē qui in fine vite ſue penitent bene poſſunt digne penitere. ſed in purgatorio ſoluunt penam quā in preſenti non ſoluūt niſi forte tunc tā vehemens eſſet contritio vt ſufficerz ad delicti punitionez. Oſtendit etiam poſtea q̄ illi qui penitentiaz iniunctā in hac vita nō impleuerunt. ⁊ etiam qui penitentiaz eis iniunctā fecerunt. que ſi tamē nō fuit cōdigna pro peccato cōmiſſo pro his punient in purgatorio niſi forte haberent tam vehementem cōtritionez que ſufficienter in eis peccata puniret. ſed q̄ contritio. nō conſtat ideo penitentia imponit. que vt ibidē beatus Augu. dicit ſecundū ipſum contritionis modū diuerſimode imponenda ē. Secōa ꝓpoſitio eſt h Ab infirmis in periculo mortis inquirenda eſt cōfeſſio peccatoz ⁊ penitētie ⁊ pōdus ſublenandū ē elemoſynis ⁊ orationib⁹ amicorū. Hanc magiſter inſinuans oſtendit qualiter agendū ſit cū illis qui in fine vite ſue penitent. ⁊ dicit q̄ morientib⁹ nō eſt pēa ſatiſfactoria imponenda. nec poſtq̄z cōualuerunt ſed innoteſcenda. Aliis vero ſecundū arbitriū ſacerdotis iniungenda eſt. Dicit etiā q̄ morientib⁹ nunq̄z reconciliatio denegāda ē. quia ſacerdos denegans reus eſt animaruz illarū. ad quaruz recōciliationez ſufficit q̄ cā prius petierint etiā ſi tunc petere no poſſint propter infirmitatem Tertia propoſitio eſt hec. Preſbyteri inconſulto epiſcopo publicum crimen vel excōmunicatum non abſoluant niſi ad hoc vltima neceſſitas cogat. Hanc magiſter inſinuās dic̄ q̄ illū cui⁹ ē crimen publicū puta quod vniuerſaz cōmonit vrbē poſſit ſacerdos ſimplex in caſu mortis incōſulto epiſcopo ſi ſit abſens recōciliare. alias tñ non debet facere epiſcopo incōſulto ſicut nec virgines conſecrare. Addit etiā inſuper q̄ ſi moriēs ſacerdotē habere nō poſſit duz tamē bonū teſtimoniū habeat q̄ ſacerdotē petiuit non ē illa que offertur oblatio reſpuēda ſz recipienda. Et tñ i ſpeciali.

De peccatis que post hāc vitā dimittūt.

Di.2i.

Solet etiam queri vtrum post hanc vitaz aliqua peccata remittāt. Q̄ō aliqua post hāc vitam remittant christus ostēdit in euangelio vbi ait. Qui peccauerit in spūm sanctū nō remittetur ei neqz in hoc seculo neqz in futuro. Ex quo datur itelligi sicut sancti doctores tradūt q̄ quedā peccata in futuro dimittentur. Quedam enim culpe in hoc seculo relaxantur. quedam vero parue etiam in futuro. que quidem post mortem grauant sed dimittūtur si digni sunt. si bonis actib⁹ in hac vita meruerunt vt dimittantur eis. De illis etiam qui edificant lignum. fenū. stipulam. dicit Augu. q̄ ignem tribulatiōis transitorie inuenient cremabilia edificia que secuz portauerunt cremanté. Ait enim sic. ¶Post istius sane corporis mortem donec de igne purgatorio veniatur ad diem dānatiōis z remuneratiōis. si hoc temporis interuallo spirit⁹ defunctorum qui edificauerunt. lignū. fenū. stipulam. huiusmodi ignem dicantur perpeti. quem alii nō sentiūt qui huiusmodi edificia portauerunt .· vt. inueniant ignem transitorie tribulatiōis venialia cōcremantem. non redarguo q̄ fortsitā verum est. Sed q̄ dicitur saluus erit quasi per ignē. cōtemnitur ille ignis: Grauior tamē erit ignis ille. q̄ quicquid pōt hō pati in hac vita. Hic aperte insinuatur q̄ illi qui edificant lignū. fenum. stipulā. quedā cremabilia edificia. i. venialia peccata secum portant. que in igne emēdatorio cremantur. Unde constat quedaz venialia peccata post hanc vitam deleri.

Augu⁹. in li. de ciui. dei.

Q̄ō alii citius alii tardius purgantur in igne.

In illo autez igne purgatorio alii tardius alii citi⁹ purgantur ꝓm q̄ ista pereūtia magis vel minus amauerūt. Unde Augu. ¶Post hanc vitam incredibile non est non multos fideles per ignem quendam purgatorium. quanto magis minusue bona pereuntia dilexerunt. tanto tardius citiusq̄ saluari. Unde non frustra illa tria distinxit apostolus. lignum. fenū. stipulā que illi edificant qui et si aliena non rapiunt. rebus tamen infirmitati concessis aliqua dilectione inherent.

Augu⁹. in ench.

Quid sit edificare li. fe. sti.

Qui ꝓm suos amandi modos vel diuti⁹ vt lignum vel minus vt fenuz. vel minimuz vt stipulaz ignē sustinebunt. Qui vero supedificant aurū. argētū. lapidē pretiosuz. de vtroq̄ igne securi sunt. nō solū de illo eterno q̄ cruciaturus est ipios in eternū. sed etiā de illo emendatorio quo purgabuntur quidam saluandi.

Augu⁹. sup psal. xcij.

Oppositio.

Hic obiici pōt si per lignuz fenum. stipula venialia intelligūtur peccata z nullus adeo perfectus est qui venialiter nō peccet. Ergo qui edificant aurum argentuz lapidem pretiosum edificant etiam ligum. fenum stipulam ergo per ignem transibunt.

Solut.

Ad quod dicimus quia non omnis qui venialiter peccat lignum fenum stipulam edificat sicut et conuerso non omnis qui cōtemplatur deum z diligit proximum z opera bona facit edificat aurum argentum lapidē pretiosum. z tamen in auro intelligitur cōtemplatio dei in argento dilectio proximi in lapide pretioso bona opera. Sed illi qui edificant lignum fenum stipulam deum cōtemplantur z proximum diligunt z opera bona faciunt nec tamen edificant aurum argentum lapidem pretiosum. Hec enim edificat qui sic illa tria facit vt cogitet que sunt dei. z quomodo placeat deo. nō mundo. Lignum vero z fenum z stipulam accipi possunt secularium rerum quāuis licite concessarū tales cupiditates vt amitti sine animi dolore non possint. Hec ergo edificat is qui cogitat que mundi sunt. quomodo placeat mundo. quia circa diuitias suas quodammodo carnali affectu tenetur. z tamen ex eis multa beneficia facit nec pro eis aliquid fraudis vel rapine molitur. Ex his ergo patet quod non idez homo simul hec z illa edificat. Illa enim edificatio perfectorum tantum est qui non cogitant placere mundo sed tantum deo. qui z si venialiter aliquando peccant. feruore charitatis ita assumitur in eis peccatum sicut gutta aque in camio ignis z ideo nunquam secum portant cremabilia Hec autem inferior edificatio minorum est qui non tantum deo sed etiam mundo placere cogitant. deum tamen preponūt. Si vero mundum preponerent. non superedificaret sed destruerent fundamentū. Affectiones ergo carnales quibus debiti sunt domib⁹ ꝓiugibus. possessionibus. ita vt nihil preponant xpo illis trib⁹ significantur que in mētes perfectorum non cadunt. z si alia venialia admittant. In cordibus vero minorum interdum durant vsq̄ in finem. qui cum talibus edificiis transeunt. sed dissoluentur in igne. Ipse vero merito fundamenti salui erāt grauissimā tamen penam sentiant. Ex quo apparet quā tam hic misericordiam exhibet deus z quantam ibi exerceat seueritatem cum pro eodem peccato multo grauius ibi puniat quā hic.

Quid sit edificare a. a. z. l. pre.

Opinio quorundam cum obiectione.

Sed forte dices illud esse accipiendum de pena peccati. non de ipso peccato. quod Gregorius dicit quedam leuia i futuro dimittenda. Si enim veram penitentiam habuerit quis peccata omnia dimissa

sūt ei. sed pena forte remansit Ideo qz si vere penitens obiit. sine peccato transiit. Si autez vere penitens nō est in obitu. maculam portat que nunquā delebitur. Qui vero edificat lignū fenuz stipulam vere penitet. quia bonꝰ est ⁊ charitatem habet. ⁊ in charitate de hac vita transit. ergo sine peccato trāsit. nō sequitur. Verū quidem est quia bonus est ⁊ charitatem hz ⁊ vere penitet. et tamen cum venia-li peccato transit quod non deleuit penitentia ¶ Penitentia enim non delet nisi peccatum illud quod deserit homo. Tale autem peccatum sepe in ac vita non delinquitur ab homine. ⁊ tamen vere penitens est. ⁊ si non de omnibus venialibus peniteat. ¶ Potest enim qs de omni mortali ⁊ de omni veniali penitere excepto vno vel pluribus venialibꝰ quidē.

Nō aliquis vē pēitet ⁊ si nō de oi veniali.

Sicut habet quis charitatem ⁊ vnum vel plura venialia. Quod de criminalibus nullatenus esse potest. Est enim aliquis bonus charitatem habens sed adhuc quodam cupiditatis affectu amans hec secularia. Talis existēs subita morte opprimitur In illo terreno affectu mortuus est ⁊ tamen saluabit̄ a quo nō se hic absoluit. ergo post hanc vitam ab illo purgabitur Constat ergo quedā peccata sed leuia post hanc viam dimitti. Si vero de pena peccati illud intelligi voluissent auctores cur magis cōmemorassēt leuia quā grauia. cū ēt grauiū pena inexpleta post hanc vitā restet.

Augus̄ ignta respōsione ꝓtra pelagianos

De generali confessione quid prosit

Post hec considerandum est quid prosit confessio illa vbi singula peccata que quisq; fecit non exprimuntur. Sane dici potest. q; omnia criminalia semel saltem oportet in confessione exprimi nisi aliqua a mente exciderint. Sed quia nemo delicta intelligit. omnia generaliter saltem ea confitere quorum memoriam non habes ⁊ sic nihil celasti de sceleribus tuis. Venialia vero quia innumerabilia sunt sufficit generaliter confiteri nisi aliqua sint frequenter iterata. perfectius ē tamen etiam illa exprimere si vales. Ideoq; quotidie generaliter fit cōfessio in ecclesia. p venialibus. s. peccatis que quottidie admittimus ⁊ pro illis mortiferis quorū noticiam non habemus. Unde Augu. Veritatem dicit deo penitēs qñ nihil illi de cōmissis sceleribus celat: nisi quod ⁊ si voluntate celauerit deus ignoret. sed veritatem sibi dici vult ab eo vt veniam consequatur. Si vero mente aliqua exciderint. confitetur veritatem deo cū generaliter dixerit Deus qui nosti occulta cordis ⁊ opera mea ⁊ delicta a te non sunt abscondita. quibus veniam largiaris precor. ⁊ hec est veritas confitentis quaz diligit deus Unde Ecce enim veritatem dilexisti Hic insinuatur q; generalis confessio etiam mortalia delet. quorum intelligentia nō habetur.

Nemo ꝓfiteat̄ peccata que nō fecit.

Sicut autem penitens celare non debet peccatum suum quia superbia ē: ita nec hūilitatis causa fateri se reum illi⁹ qō se nō cōmisisse nosci: quia incauta est talis humilitas ⁊ peccatorez constituit. Unde Aug. Cum humilitatis causa mentiris: si non eras peccator antequā mentieris mentiendo efficieris quod vitaras. Veritas in te non est: nisi ita te dixeris peccatorem vt etiam esse cognoscas. Veritas autem ipa est vt quod es dicas Nam quomō est veritas vbi regnat falsitas. De pēis sacerdotis q; pctm̄ publicat ꝓfitētis. Aug⁹. de vbis apostoli

Caueat autem sacerdos ne peccata confitentiū aliis prodat: alioquin deponatur. Unde Greg. Sacerdos añ omnia caueat ne de his que ei confitentur peccata alicui recitet: non ꝓpinquis: non extraneis: nec quod absit pro aliquo scandalo. Nam si hoc fecerit deponat̄: ⁊ oibus diebꝰ vite sue ignominiosus pegrinādo pgat. Nō vero dem̄ ē vt penitēs eligat sacerdotē sciētē ligare ⁊ soluere. vt̄ ꝛm̄ ei quod i canōibꝰ repitur. vt nēo s. alteriꝰ pochianū iudicare pſūat. Sz aliud ē fauore vel odio ꝓpuz sacerdotem contemnēs quod canōes ꝓhibēt: aliud cecū vitare. quod Urbanꝰ facē monet. ne si cecus cecum ducat: ambo i foueā cadāt. Ait. n. Urba. scds. ¶ Placuit vt nulli sacerdotū deincepſ liceat quēlibz commissum alteri sacerdoti ad penitentiam suscipere. sine eius ꝓsensu cui se prius cōmisit. nisi pro ignorantia illius cui prius confessus est. Qui vero ꝓtra hoc facere tētauerit. gradꝰ su i periculo subiacebit. Greg.

Olet querivtrū per hanc vitam. ⁊c. Hec ē dicti. 2i. Quero primo gōnem banc. vtrū post hanc vitam possit aliquod peccatum dimitti: videtur q; non. qz nullus moriens iustus potest postea peccare. ergo nec moriens in peccato pōt postea resurgere: ꝓtia patet. tum a simili. qz simile videt pro aliquo statu posse peccare ⁊ resurgere a pcō. tum a maiori: qz facilꝰ ē cadere qz resurgere a pcō. tuz a cā: qz resurgere a pcō non videt cōpetere nisi ei q pōt mereri. sz q nō pōt in aliquo statu cadere nō potest mereri. Item nullū pcm̄ mortale post hāc vitam pōt remitti. igit nec veniale. ꝓtia pz: qz sunt eiusdē rōnis cū nō nisi ꝑm magis ⁊ minꝰ differāt in malitia. Itē Dama. lib. 2° in fine ḡrtī capli. Quod ē angelis casus hoc ē hoibꝰ mors. sed angelus post cāuz ē oīno inuariabilis ab huiusmodi in qō cadit. ḡ ⁊ homo ab illo i quo moritur ē inuariabilis post mortē. Itē p penaz minimā pōt dimitti pcm̄ veniale: dū tñ sit volūtaria: vt aſpſiōe aq̄ būdicte ⁊ hꝰi. pena mortis ē maria qz vltimū terribium est. 3. Eth. ḡ pillā si sit accepta volūtarie ab isto morituro pōt deleri ois culpa venialis. ḡ pꝰ mortez nulli remāct culpa dimittēda. Si dicas q; mors ē pēa inficta p pcō origiali. ⁊ ideo nō pōt eē pena debita alij pcō nec deletiua nec remissiua pcī venialis. Contra. originale pcm̄ dimissuz est in baptismo. qz ꝓtra hoc spāli

ter ordiatur. ḡ nō ē mors in isto pena debita p origia li. ergo vt pr̄i⁹. Cōtra magister in lr̄a. ⁊ pbat p illō Matth. 12. Luc. 13. ⁊ Marci. 3. Qui peccauerit i spīm̄ sanctum non remittet ei nec in hoc seculo nec ꝯ futuro subdit magr̄. ex hoc dat itelligi sicut sancti doctores tradunt q̄ quedam peccata in futuro dimittentur.

Inista questione una conclusio est certa. s. q̄ pcō dimisso in hac vita: pena debita p̄o ipo pōt solui post hāc vita ꝫ. Quod pbatur rōne qr nullus cū debito pene beatificat. aut. n. pene simul soluende sunt cū glozia aut post glozia ꝫ. sed neutro mō quia nec pena pōt stare cū glozia nec succedere glozie. igitur si quis aliq̄n est debitor pene: oz q̄ prius illā soluat. cꝫ glorificet. Iste aūt qui digne pēituit i extremis quod possibile est vt dictum est di. p̄cedenti non soluit dignā penā. p pcō de quo penituit. ḡ illā soluet p⁹ hāc vitam. Hoc etiā dicūt auctoritates augu. quas magr̄ adducit in littera. vna augu. 21. ci. dei. c. 25. vbi tractat illud p̄ma ad Corinth. iij. de bis q̄ edificāt lignuz fenuz stipulā. post isti⁹ ingt corporis mortē donec veniatur ad diem dānatiōis ⁊ remuneratiōis si hoc tempozis interuallo spirit⁹ defunctozum qui edificauerūt lignū fenum stipulaz. ignem dicant̄ perpeti trāsitozie tribulatiōis venialia cōcremantē non redarguo. ⁊ sequit̄. Grauioz erit ignis ille cꝫ quicqd homo patiporterit in hac vita. Et idē de vera ⁊ falsa penitētia. ⁊ ponitur de peni. di. vij. loquēs de sero penitēte ñ sero viuat ⁊ non moriat̄. intellige de vita gr̄e. nō ꝓmittimus q̄ eu dat oēm penā. nam prius purgādus ē igne purgationis qui in aliud seculū distulit fructū cōuersiōis. Dic aūt ignis ⁊ si eternus nō sit. miro tū mō grauis est excellit. n. oēm penā quā vnꝫ passus ē aliquis in hac vita. Et hāc sn̄iam dicit magr̄ di. 3. c. 2. Si ingt añ expletionē pn̄ie decesserit ignē purgatozū sentiūt ⁊ grauius puniunt̄ cꝫ si ḃ explessent pn̄iam. Nec mirum. qr pena quāto minus voluntaria tāto min⁹ satisfactoria. ⁊ tota ista sn̄ia de purgatozio fundat̄ in verbo apl̄i. 1. ad Cor. iij. vbi dicit ipe saluus erit. sic tū q̄ p ignē dicit ō impfecto moziēte cū venialib⁹. Sed aliud nō ē ita certum. s. de pcōbic nō dimisso an pena debita p ipo possit solui in futuro. ⁊ sic remitti. ⁊ secūdo an tale pn̄ ḃ nō dimissum possit hic dimitti. De primo isto⁹ tanquaz de certo tenetur q̄ nō de pcō mortali. qr p ipo nō dimisso pena debita ē pena dānatiōis que nō remittet̄

Aleran. i expōne lr̄ali. p. di. ⁊ idē 2ª 2ᵉ in tractatu de pcō veniali.

De pcō veniali oz videre q̄ pena sibi rndeat ꝼm dei iustitiā. Et dz q̄ sibi p se rndet pena eterna. p accns aūt tpalis. Primū. pbat̄ qr si qs dānet̄ p mortali ⁊ cum veniali p illo veniali semꝑ puniet̄. aliogn i iferno posset ee redēptio alicui⁹ pci. sed nō puniret̄ p illo a deo ee naliter. nisi iuste sibi pena eterna deberet̄. Secūduz pbat̄ qr pcm̄ veniale stat cū charitate p quā hō ordinat̄ ad regnū. ⁊ p ꝫ rōne illi⁹ pcō veniali debet̄ pēa tem pozalis. Cōtra primū arguit̄ primo sic. qr nō stat cū charitate debitū pene eterne. ꝫ cū charitate stat venale nō tm̄ nō deletū post actuz. ꝫ ēt actu aliter cōmissuz. pz ꝼm oēs. ḡ rē. pbatio ma. qr per charitatē est aliqs dignus vita eterna. sed si cū hoc stat debitū ad eternaz penam. igit̄ simul ē aliqs dignus vita eterna ⁊ pena eterna. sed hoc ē ipossibile: qr nullus pōt ee debitor pene p illo instāti p quo ē ordinat⁹ ad gloriā. qr tūc simul posset stare gl̄ia ⁊ pena aliqua. Probat̄ ēt maior alit̄. qa post actuz pcī mortalis nihil remaneret de pcō nisi debitū pene vt dictū ē. di. xiiii. q. p⁹. igit̄ si debitū pene eterne posset stare cū gratia: peccatū mortale nō remissuz posset stare cū gratia: eo mō quo manet post actū: ⁊ tūc idē eēt amic⁹ ⁊ inimic⁹. Itē secūdo: est̄ialis pena damnatoz nō ē pena sensus sed damni illa āt necessario ꝓmittatur quancūcꝫ penā. qr nulla pena pōt stare cū beatitudine. ergo debitū ad quancūcꝫ penā eternaz

includit penā dāni eternā. ⁊ per cōsequēs penā essētialē damnationis. sed illa nō corresponder veniali. Item peccatū veniale ⁊ mortale sunt ip̄oportionabilia in ratione malitie vel offense. qr infinita venialia si esset nō eq̄rentur vni mortali i ratiōe offēse. qr nec oia illa auerterēt a fine vltio sicut vnū mortale. ḡ pena ꝼm iustitiaz corresponden mortali peccato ip̄oportionaliter ⁊ in infinitū excedit penā debitā veniali. ꝫ nō ip̄oportionaliter ⁊ i infinitū excedit i intēsione. qr q̄libet pena ꝼm intēsionē finite excedit vel excedit̄ ab alia. igit̄ boc erit ꝼm extēsionē. igit̄ nō debetur veniali pena eterna. hāc cōclusionē p̄cedo. Ad rationē i oppositū dicit̄ vno mō q̄ peccato venali p accidēs q̄n cōiūgit̄ mortali debetur pena eterna. non aūt ratione sui. Sed hoc nō itelligo qr de⁹ semper punit citra ꝓdignū. ⁊ esto q̄ simpliciter ꝼm rigorē puniret vsqꝫ ad ꝓdignū omnino iustū esset penā eternā infligere p illo cui ꝼm se debet̄ pena tēporalis. Quātūcūqꝫ. n. cōiūgatur alteri boc nō facit istud infinitū exire istud genus culpe. ḡ nec iuste corresp̄ndet sibi pēa i infinitū excedēs. Dico ḡ q̄ peccato veniali siue hic pumēdo siue i inferno siue alibi nō debet̄ nisi pena tēporalis nec p se nec p accidēs. qr ꝼm se ē talis offensa que ꝫ se punit̄ p tēporalē penā sufficiēter. Nec ē icōueniens penā debitā veniali habet̄ terminū i inferno. qr ⁊ vere penitēs primo ⁊ partē penitētie ip̄osite explēs ⁊ ante totā expletā recidiuās i mortale ⁊ in illo mortali decedēs p parte penitētie residua explēda soluet penā i inferno. sed nō nisi tēporalē. qr exquo in remissione peccatoz̄ priori cōmutabatur debitū pene eterne i debitū pene tēporalis. nūcꝫ iste ē debitor p̄o illis nisi pene temporalis. ⁊ p cōsequēs pena totali soluta erit liber ab istis. nec tū i inferno ē redēptio illi⁹. s. peccati. p quo iste ē damnat⁹. qr p̄o illo debitū pene eterne nuncꝫ fuit cōmutatū i debitū pene tēporalis. ⁊ iō semper manet illō debitū si nūcꝫ pōt ee illa pena tota soluta. De secūda conclusione pōt dici dupliciter. vno mō sic q̄ nihil aliud est culpe venialis remissio cꝫ solutio pene temporalis debite p̄o ea. pbatur: qr post actū transeuntē culpa que manet nihil aliud est nisi reatus ad penā debitā iste aūt reatus venialis nō est nisi ad penā tēporalē ex articulo p̄cedenti: ⁊ per ꝫns soluta pena tpali in purgatorio p̄o isto veniali ex hoc ipso ipsa culpa venialis remissa est nō sic aūt de mortali. qr pena debita ei non pōt ee totaliter soluta: nisi primo sit eterna cōmutata i tēporalē. ⁊ ista cōmutatio vocat̄ remissio culpe mortalis. hec aūt remissio nō fit nisi per voluntariā displicētiaz ordinatā qualis nō habetur p⁹ mortez. Sic patz vnus modus quomō post mortē nō pōt dimitti mortale: sed tm̄ pena debita mortali prius dimisso pōt āt post mortē dimitti veniale prius nō dimissuz: qr pōt solui pena totalis sibi debita: ⁊ in hoc ipsuz remitteretur. Si iste modus nō placet: qr videntur sancti distinguere inter remissionē culpe cuiuscunqꝫ ⁊ pene: et maxime inter remissionē culpe cuiuscunqꝫ ⁊ pene: et maxime inter remissionē culpe ⁊ solutionē pene debite illi culpe. pōt dici alio modo q̄ peccatū veniale in ista vita remitti pōt non tantū per penā interiorē vel exteriorē: qr illa nō est necessaria ad hoc sed per aliquē actū deo magis acceptū cꝫ peccatū veniale displiceat: ⁊ boc vel relatū ab ipso operante ad hoc peccatū veniale remittendū: vel nō relatuz ab ipso sed a deo acceptante in ordine ad illud. Ad p̄positū opera istius qui moritur in charitate ⁊ si post mortez non referatur ab ipso ad veniale in quo moritur dimittendum nec etiaz ipse habeat aliquem actum nouum meritozium per quem deleatur veniale tamen illa opera p̄i⁹ facta possunt esse a deo relata ad remissionem istius venialis post mortez. ⁊ isto modo causa impedibilis dum est impedita non ponit effectum dum vero est non impedita ponit nunc autem merita istius morientis in charitate es

Tho. 2ª 2ᵉ. in tractatu de pcō veniali.

sent causa sufficiens deletionis venialium istius. vel relata ab ipso vel a deo acceptāte illa in ordine ad istō sunt autem impedita duz iste viuit si semper actu manet in peccato veniali. post mortem vero non sunt impedita. quia tunc non continuant actum peccati venialis. igitur per illa delebūtur venialia post hanc vitam. Ex hoc sequuntur duo. Primum q in instāti mortis remittuntur venialia. quia tunc non manet actꝰ peccati venialis. ⁊ per consequens tunc cessat impedimentū

Aliud. q omne peccatum veniale morientis in charitate remittit in hac vita nisi ille ꝓtinuat actū pcī vēiat vsqz ad mortē vel ad istās mortz. Hocm vr probabile. nisi dicas deū hordiasse q bōa merita istiꝰ reseruentur in diuina acceptatione vsqz ad instās mortis. quādo s. desinit viator eē. ⁊ per cōsequēs tūc retribuat bonuz correspondens istis meritis. nō sic autē ꝓ aliquo istāti ponī pro quo fuit viator. Istud est probabile in aliis: qz cum per quodcūqz meritū mereatur vt credo augmentum gratie. qz aliquē determinatum graduz glorie ad quem requiritur vt dispositio ꝑua aliquis gradus gratie. ⁊ cum non semp deus post quēcunqz actuz meritoriū augeat gratiā ꝓportionatam merito. videt q augmentū debitū meritis remissis reseruet vsqz ad instās mortis. Et eodē modo de ista deletione venialium que ē quodā premiū non principale istorum meritorum sicut ⁊ augmentum charitatis in tali vel tali gradu. ⁊ hoc est rationale. quia in illo instanti iste primo fit in statu alio ⁊ premiuz meritorū reddi eis impediuit statꝰ viatoris vel aliquid cōcomitās statum huiusmodi. Nec oportet hic assignare q hec reseruatio ꝓ instanti mortis sit irrationalis. qz homo tūc maxime indiget ꝓpter maximas tentationes tunc imminentes. hoc enim non est verum. qz in instanti mortis anima est separata a corpore. ⁊ p ꝓns tūc non ē i via ꝛz i termino. nec p ꝓns tūc exposita tentatiōibꝰ. Si neuter modoꝝ istorum placet nec primus. s. q idem ē veniale remitti. ⁊ pena solui debitā illi. nec secundus. s. q p merita in vita habita ⁊ reseruata in diuina acceptatiōe deleantur in instanti mortis. queratur alius quē ē difficile inuenire. nam motum aliquē bonum per quē tanz̄ per dispositionem vel meritū de congruo vel condigno deleatur veniale ponere in anima post mortem non videt doctrine theologie consonum que ponit statum illum ab istis immunem.

Ad argumenta. Ad primū

nego consequentiam intelligendo resurgere ꝓ liberari a pcō. Ad ꝑmā ꝓbationē dico q nō ē simile: quia peccare est libere agere ⁊ ꝓ statu vie resurgere. i. immunem fieri a pcō non requirit libere agere etiā in via. qa vel ꝑm primaz opinionem nō est nisi soluere penam. ⁊ hoc ē pati eam. vel ꝑm secundā non ē nisi p merita ꝑ̄ hīta in via. ⁊ ꝓ tūc acceptata culpā nūc dimitti. Ad secūdā ꝓbationem ꝓntie: concedo q facilius est cadere q̄ resurgere. put resurgere dicit actū ordinatū in potesta te simplīciter resurgētis. ꝛz si nō accipiť resurgere in ista remissione pcī venialis. Ad tertiā ꝓbationem falsuz accipit. s. q resurgere tūc ē p actū vōlūtatis meritorū qui tūc insit: ꝛz per actū meritoriū qui prius infuit in vita ꝑm secūdā opinionē vel p nullū actū meritoriū. ꝛz tm̄ per pati penā ꝓdignā ꝓ illo pcō ꝑm ꝑmam opinionē. Ad secnndum nō valet ꝓntia. error̄ dicta ē in prima opinione. ⁊ hoc ꝑm illā opini. ꝑm secundam ēt dicendū q merita facta in vita nō ꝑnt acceptari p instanti mortis. vt p ea deleat mortale. qz deꝰ disposuit mortale nō delēdum nisi p susceptionē volūtariaz sacramenti. vel per aliquam dispositionem tanquam meritum de congruo. tunc vel vsque tunc inherentez quādo peccatū delet. nō sic ē i eo qui decedit i veniali.

Ad ꝓbōnē dico q etsi mortale ⁊ venniale sint eiusdē rationis in genere nature vel forte in malicia mortis vt genus virtutis distinguitur contra gratuitum ⁊ peccatum. non enim idem est esse virtuosum vel vicio sum moraliter: ⁊ iustum ⁊ peccatorem theologice: immo quandoque magis vicioſus est iustior ⁊ magis virtuosus magis peccator vt alias est dictum in hoc 4°di. 9. q. 5. arti. ꝓmo ⁊ intertio aliqualiter. di. 35. q. vnica articulo tertio sed tamen non sunt ista eiusdem generis vel rationis in ratione offense diuine et ideo nec vniformiter remittuntur. Ad tertium est similitudo quo ad hoc q angelus cadēs ē in ēmino non in via: sic ⁊ homo in morte. sed non oportet similitudinem eē quantū ad permanentiā in quocunqz: sed in illo quod est principale in illo qui iam attingit terminum cuiusmodi est vita spiritualis per gratiā vel mors spiritualis per peccatum mortale. ⁊ sic qui moritur in vita gratie semper viuet. qui vero moritur in pctō mortali mortuꝰ semp permanebit. ꝛz de pctō veniali nō oz eē talē stabilitatē qz illud nō ē aligd ꝛz qđ per se attēdatur status bonus vel malus vie vel termini. qz pōt stare cū bono statu ⁊ cū statu malo taz vie q̄z termini. ꝛz quādo est cuz bono statu termini oz q deleat ante q̄z plene habeat vltimꝰ terminus. Et ad aliud pōt bene. s. beatitudinis cōcedi q mors volūtarie accepta sit pena sufficiens ꝓ pena cuiuslunqz pcti venialis. ⁊ forte ꝓ magna ꝑte pene debite ꝑ mortalibꝰ dimissis. Nec obstat q est pena necessaria: qz aliqs pōt necessariū volūtarie acceptare. ⁊ sic huic cōsonat qđ dictū est in secunda opinione q pctm̄ veniale deleat in istanti mortis cuz dicto in prima opi. qz si per solā solutionē pena remittat in morte illa pena soluit: ⁊ sic in morte veniale remittitur.

Ecundo quero: vtrū cōfessor in quocūqz casu teneatur celare pctm̄ sibi in ꝓfessione detectū. videt q nō: qz licitū est vnicuiqz renuntiare iuri suo. ergo cōfitenti cū ius suum sit pctm̄ suuz celari licet huic iuri renunciare licentiādo cōfessorē vt nō teneat illud celare. Itē Ber. de precepto ⁊ dispensatione li. iiij. Quod est institutū ꝓpter charitatem non debet contra charitatem militare. sed celatio peccati confessi in aliquo casu militaret contra charitatem ergo ⁊ cetera. probatio mi. Quandocunque peccatum confessum esset cōtra bonuz cōmune: vtpote crimen beresis vel perditio reipublice: ⁊ maxime si ex confessione preciperetur istud non tantum esse factum sed faciēdum videtur contra charitatem esse contemnere bonuz commune propter bonum aliquid ꝑsone priuate. Item aliqui constituerunt interficere sacerdotem in tali nemore qui sacerdos cum eis est viator: vnus ante ingressuz nemoris penitet ⁊ confitetur eidem sacerdoti hoc peccatum iste sacerdos alijs nō penitentibus non tenetur se exponere morti sine causa g̃ nec ingredi nemus sed non ingrediendo reuelat de facto alijs socijs confessionem illius confessi. non enim diuerteret ab coꝝ societate: nisi iste fuisset confessus ergo in isto facto ⁊ consimilibus licet reuelare confessionem. Item sacardos de facto absoluit aliquez episcopum symoniacum quod non potest de iure absoluere ꝛz iste sacerdos tenetur confiteri ⁊ in speciali de isto peccato sic circunstantionato. quia est mortale ⁊ iste circunstantie aggrauant sed in cofitendo reuelat peccatū episcopi illius symōiaci. ergo ⁊ cetera. Item licitū ē reuelare quod non est peccatum nec circunstātia peccati. sed talis est persona cun qua confitens peccauit ponebec vel illa non sit circunstantia aggrauans. Item abbas habens monachum in loco pertinente ad monasterium suum scit eum per confessionem in illo loco peccasset ⁊ habere societatē ibi suspectam per quam sepe allicitur ad peccandum. videtur q possit consule

re saluti anime sue. ergo potest eum amouere ab illa cura vel ab huiusmodi officio vt nō hēat occasionem huiusmodi peccādi. sed amouēdo eū de facto reuelat cōfessionē q; facit tale factū qō nō faceret si iste nō fuisz si bi confessus per qō ēt alii pūt in notitiā peti illius veni re saltē in vniersali. Itē extra de sen. excō. cum nō ab hoie a cōmunione eius qui p;o iniectione manuz in clericū in edictū excōicationis incidit debes abstine re nisi forte tibi soli illud pateret in quo casu ip̄m p̄uatū tiñ vitabis. ꝛ segtur vt saltē ruboze verecundie suffu sus p̄latēti excessū satis facere cōpellaī. ex hoc habetur vt videt q; si in secreto vel per cōfessionē scio istū inci disse in sniam excōicationis debeo eum p̄uatim vitare vt sit cōfusus. ergo p;opter cōfessionē licet alicui con fusionem inferre. ergo pari ratione ꝛ confessionem re uelare. Contra de penitē. di. 6. ꝛ in littera. Sacer dos ante omnia caueat ne de eis que ei cōfitenť pecca ta eoꝝ aliq̄d recitet alicui nec q; absit p;o aliquo scan dalo ꝛ segtur pena. Mā si hoc fecerit deponaī ꝛ omnib⁹ diebus vite sue ignominiosus pergat. Itez de peni tē. ꝛ remiss. extra. Omnis vtriusq; sexus. Caueat oīno ne verbo vel signo aut alio quouis modo p̄dat peccato rem. ꝛ sequitur. Si petiñ sibi detectū p;esumpserit re uelare non solum a sacerdotali officio decreuimus ēpo nendum. verum ad agendum strictissimam penitēti am in artissimum monasterium detrudendum.

Jn ista questione hec sit p̄i ma conclusio. q; celare peccatum in confessione dete ctum tenetur sacerdos de lege nature. Secunda q; ad hoc etiam tenetur de lege positiua. Tertia q; ad illud te netur de lege positiua ecclesie. Quarta quis quando et qualiter tenetur ꝛ de aliis circumstantiis particulari bus. Quinta de aliis secretis vel sub secreto alicui de tectis. P̄ma p;obatur sic. eadem persona vere affirmare potest aliquid in persona alterius loquens: quod vere negat in persona p̄p;ia loquens. p;obatio angelus loquēs moysi in persona dei vere dixit. Ego sum dñs deus tuus. Exo. 20. qō vere negasset in per sona p̄p;ia loquēs. ergo a simili homo rep;esentans p̄ sonam dei in foro confessionis vere potest aliquid af firmare quod extra illud forum potest negare v̄e quā do loquitur in persona p;op;ia. ergo extra forū dicēs illa se audisse vel scire mentitur q; ad notitiam eius nō venit nisi inquātum nō rep̄tabat p̄sonā dei. sed vitare mendaciū est de iure nāe. ꝛ maxime mēdaciū pniciosū ℈ ꝛc. Cōtra rōnē istā arguo p̄mo sic. eiusdez ꝛ vt eius dē in p̄sona est cognoscere in cā ꝛ sniare de ea. b ē mani festa q; ad hoc cognoscit iste ꝛ vt iste vt recte sniet. iz sa cerdos nō in p̄sona dei sniat absoluēdo p̄nitētem. sed in p̄sona p̄p;ia. igit ꝛ sic audit ꝛ cognoscit. pbō mi. non absoluit p̄ncipaliter sed tiñ ministerialiter. absoluere aūt ministerialiter sibi no cōpetit nisi in p̄sona p̄p;ia. s. n. in p̄sona dei loquereť absoluēdo cōfitentē: vere posset dicere sine p̄ce p;emia q̄ est dñs te absoluat. ego te p̄nci paliter absoluo ꝛ gr̄am infundo. sicut angelus v̄e di xit in persona dei. Ego te eduxi de egypto. Item nō magis audit vel absoluit sacerdos in foro cōfeśi. in p̄ sona dei q̄z cōficiat eucharistiā in p̄sona eius. hoc p̄bat. q; eque excellēs est actus iste sicut ille ꝛ ille actus sacra mentalis in quo opatur virt⁹ diuina sicut hic. imo v̄ ibi plus agere in persona dei vel x̄pi q̄z hic. ibi enim p̄ fert verba x̄pi. hoc est corpus meū. ꝛ in p̄sona x̄pi ō quo p̄misit q; p̄die q̄z pateret ꝛc. ita q; totū illud accipite. ꝛc. Hoc est. ꝛc. dicit ipse recitādo verba x̄pi nō sic in p̄ posito. Unde nō p̄mittit hic x̄ps volēs absoluere pctō rem dixit sic. Ego te absoluo. sed li ego stat b̄ p̄sona ministri. ex hoc ergo p;z q; magis vel nō minus cōficit in p̄sona x̄pi q̄z absoluat vel audiat cōfessiones in p̄sōa ꝛ que scit. vt cōfitens scit in p̄sona p̄p;ia x̄pi. sed confic

Ric. in p̄ti di. ar. 4. q p;ima.

in p̄sona p̄p;ia. Unde nō mētitur post missam dicens ego scio me hodie consecrasse. igitur ꝛ hic. Item p̄m istum eundem ꝛ secūdum veritatē eodem ar. q. 2. vt po stea p̄babitur licz peccata in confessione detecta dicere ꝛ in particulari non relata ad personam cōfitentem. b̄ etiam p;obatur per illud extra de pe. ꝛ re. officii. vbi In nocentius tertius respondet cuidam cardinali legato: qui scripsit casum quem audierat in confessione ꝛ peti it consiliū: papa nō redarguit eum de reuelatione i-vni uersali etiam per scriptur̄. sed respondit qualiter sit ta li persone cōfitēti consulendum. Hoc etiam patet ex cōmuni vsu confessoꝝ: siue enim in cōmuni p̄mo ne siue in p;edicatione aliquādo dicūt talis casus cōtin git aliqua persona sic ꝛ fic peccauit habetur igit illa ppo sitio: q; confessio potest licite extra confessionem dice re peccatum sibi confessum: ita tamē q; nullo modo re latum ad personaz cōfitentē vt possit deueniri ad noti tiam eius. sed si p̄dicta ratio valeret hoc non liceret q; mentiretur. pbatio. q; nesciens particularem nisi p̄ de terminato singulari si nesciat singulare nescit particu lare. sed iste nescit aliquam personam tale peccatum fe cisse nisi p;o hac persona sibi confessa ꝛ hoc peccato sibi confesso. igitur si mentiretur de hoc ꝛ de hac: q; nesciēs consimiliter ꝛ de alio ꝛ de alia. Concedo istas ratio nes q; reuelatio non est contra legem nature p̄pter hoc q; reuelans mētiatur. ꝛ per cōsequēs illam p̄mam ra tionem non teneo. Respondeo igitur ad eam q; nō est idem loqui in persona alicuius ꝛ loqui auctozitate illi⁹ siue vt minister illius. cōmuniter enim loquēs in perso na alicuius p;etendit simpliciter p̄sonam eius vt ē cōi ter in istis iocose simulantibus aliquos. iste enim quā doq; simulat istū balbutientē vel talē in tali actu. ꝛ iste p̄p;ie dicendo sicut ille diceret in p̄sona illius loquitur vel facit tale factum. Et ideo q̄z cito deficit a faciendo sicut ille faceret. vel dicēdo sicut ille diceret. dicitur sibi tu mentiris vel tu deficis quāuis tunc faciat vel loqua tur more suo p;op;io. hoc modo est de locutionibus an gelozum in scriptura in persona dei non sic sacerdos au dit confessiones vel absoluit in persona dei. sed tiñ ē mi nister dei in illo actu. ꝛ vt minister agit ꝛ si vt minister ergo in persona p;op;ia. Cōcedo igitur q; iste si audi ret in persona dei ꝛ loqueretur in persona dei possz illud veraciter dicere q; in persona p;op;ia non posset. nam in persona dei hoc vere diceret ego sum deus. Ego cre aui mundum ꝛc. sed in persona p̄p;ia sic loquēs menti retur. sed sacerdos in cōfessione nec audit nec loquitur in persona dei. sed in persona p̄p;ia: licet auctozitate dei vt eius minister: eodem modo in aliis sacramētis. vn de vt minister dei baptizat ꝛ consecrat ꝛc. ꝛ tamē vt ho mo siue in p̄sona p;op;ia scit se baptizasse: ꝛ sine mēda tio potest dicere se baptizasse. Teneo igitur p;imaz conclusionem. appono tamen ad p;imam cōclusionem quattuoz rationes alias. Quarum p̄ma sumitur ex ra tione charitatis. Secunda ex ratione fidelitatis. Tertia ex ratione veritatis vel veracitatis. Quarta ex ratione vnitatis vel mutue vtilitatis. P̄ma talis est lex na ture de charitate fraterna exp;imitur. Matth. 7. Om nia que eūq; vultis vt faciant vobis hoīes hoc facite il lis. hoc est enim lex ꝛ p;opbete. ꝛ Luce. 6. p;out vultis vt faciant homines vobis ꝛ vos facite illis. Sed sic in telligi debet illa p̄positio legis nature de charitate fra terna que vultis vobis. i. que debetis s̄m rectam ratio nem velle. ꝛ hoc intelligitur in illa p;opositione Mat thei. 22. Diliges p;oximum tuum sicut teipsum. sed qui libet debet diligere s̄m rectam rationem famam p;op;ri am. ergo ꝛ celationem peccati sui confessi. et per conse q; quens confesso;z debet idem diligere ꝛ velle ipsi confes so. sed reuelatio tolleret confesso famam. ergo ꝛc. Mi no;z p;obatur per scripturam Ecclesia. quadragesimo p̄o. cura habe ō bono noie ꝛ reddit rōnē ō b. b. n. magis

remanebit tibi ꝯ mille thesauri magni ⁊ ꝑciosi. ꝓbat ēt per aliud subdēs bone vite numerus dierū. bonum autē nomē permanebit in eternū. ⁊ puer. 4. melius est nomē bonū ꝯ diuitie multe. Itē per rōnem ꝓbatur qlibet enim ꝑm rectā rōnem dz sibi velle vitā ciuilem. hoc aūt tolli ꝑ ablationē fame: qz in hoc aligs viuit vita ciuili q̄ idoneus est ad actus legitimos competētes sibi in illa ciuilitate sed fama amissa ꝓuat⁹ ē habilitate ad tales act⁹ qz amisit statum dignitatis illese ſ. habilitatē ad actus q̄bus al's dignus eēt. Secūda pars minoris. ſ. q̄ reuelatio peccati cōfessi tollit cōfessoris huiusmodi famā. ꝓbatur. qz qua rōne pōt vni reuelari ⁊ alteri. ⁊ sic oībus. sed in tali reuelatione est manifestū q̄ status dignitatis illese que cōsistit in fama ei⁹ apud cōciues tollit isti. Secūda rō. Quilibet de le. nāe tenet seruare fidelitatē primo suo quā vellet ⁊ deberet sibi velle seruari. sed cōmittēs secretū maximū alteri vellet sibi seruari ⁊ deberet velle sibi seruari tanꝯ secretū. ergo alter cui cōmittit tenet illud sibi seruare. hec ratio tangit ꝓuer. ii. Qui ambulat fraudulēter reuelat archana. qui aūt fidelis ē celat amici cōmissum Tertia rō. Quilibet ex lege nāe tenetur seruare ꝓmissum licitū. sed recipiēs secretū maxime istud in cōfessione detectū. ⁊ si nō explicite tū implicite ꝓmittit se seruaturū qz sine tali ꝓmisso saltē subintellecto nō cōmitteret sibi tale secretū. ergo ⁊c. hec rō ꝓbat. vel pōt sumi ex illo verbo logmini veritatē vnusq̄q cū ꝓximo

Ex dictis breuiter colligo impedimenta matrimonii que impediunt simpliciter. di co aũt impedimentũ simpliciter post q̃ si fuerit attentatum nihil fit. Non aũt simpliciter dico p̃ohibitionẽ quam cunq̃z pp quã illegitime fit: si tñ fit non est irritus impedimẽta aũt simpliciter aut accipiũtur ex natura talis ꝟctus aut ex statuto ecclesie superaddito. si p̃io mõ igitur vel ex conditionibus necessariis ad ꝟctuz vel ex necessariis ex parte ꝟbentium: ex parte ꝟctus q̃ ex nã eius est q̃ sit datio voluntaria ptãtis coꝛporis p̃o ptãte coꝛporis ⁊ perpetuo cõmutantiũ: rõ q̃ impedit volũtariam dationem talem impedit naturã ꝟctus hui⁹. talе aũt est ex parte volũtatis inuolũtariũ ex metu qui põt cadere in constantẽ virũ qui metus est ex certitudine sufficiente mali eminentis q̃ magis dz q̃is vitare ꝟz rectam rationem q̃z cum ista non ꝟbere ⁊ huius mala sũt malũ moꝛtis mutilatiõis enoꝛmis carceris p̃oꝛpie seruitutis. stupꝛi ⁊ huiusmodi. ⁊ de isto impedimento dictum est di. xix. Jnuolũtariũ aũt ex ꝟfectu noticie p̃cedentis si quidẽ ad volũtariũ requiritur notitia voliti ꝟ. ethic. aut est ex carentia totali notitie itellectualis aut est cuz aliquali licet defectiua q̃ erronea. si p̃imo mõ sic furia impedit volũtatẽ dum durat ⁊ ita ꝟctũ istum si tñ furiosus hz lucida interualla p̃o tpe iterualli põt ꝟbere ⁊ eodem modo post ꝟctum tunc petere ⁊ est sibi ꝟbitum tunc reddendũ. non aũt p̃o tpe furie: q̃ tunc nescit ex iure suo petere. sed sicut bꝛutũ tunc ẽt reddere eẽt alteri periculũ in persona. Si aũt sit aliqua cognitio. ꝟz eũ erroꝛe vel deceptione tripleꝛ deceptio simplicꝛiter impedit q̃ quelibet est circa illud. q̃ necessario requiritur ad ꝟctũ quartũ p̃ima est erroꝛ persone. secũda erroꝛ cõ

ditiõis peioꝛis puta seruitutis. tertia erroꝛ datiõis mutue: puta ista dat credẽs illũ posse redonare siue secum posse permutare. ille aũt nõ redonat. licet p̃oferat verba dolosa aio tñ. s. vt extoꝛq̃at libidinẽ ⁊ de isto triplici erroꝛe dictũ est supꝛa di. 30. pena aũt ultimi. s. q̃ decipit in ꝟctu est vt veraciter illud impleat q̃ cõ fallaciter simulabat q̃ tenẽ reddere isti illõ p̃o quo reddẽdo ista cõmutauit ⁊ iõ in foꝛo ꝓscie cogendus est vt veraciter cũ illa ꝟbat. Si aũt iam veraciter ꝟ rit cũ alia ⁊ per ꝓns non possit cũ isto peniteat de peccato illo vel ꝟ impossibili ⁊ procuret illi rõnẽ equialẽtis coꝛpoꝛi suo quantũ ad ꝟctum istum vt. s. redak illi mulieri per ipz coꝛpus alteri⁹ viri equialẽtis vel saltẽ satisfaciat ei in aliis ſm arbitrium boni viri. Jn foꝛo aũt ꝓtentioso si p̃obatur ꝟctus exteriꝛ dolose factus ab isto cogeꝫ seruare illũ tãq̃z verũ. Sed si cũ secũda ꝟrit tpe interme/dio adhuc ecclesia p̃ecipiet vt adbereat p̃ime: sed in foꝛo ꝓscie dicẽ̃ oppositũ: q̃ secũda est vera vxoꝛ eius. p̃ma non. ⁊ iste dz seruare sniam ecclesie seruando veritatẽ legis diuine. ⁊ imputet sibi q̃ tãta pena manet super ipsuz pp talẽ fraudẽ quã fecit. q̃ ẽt iste ꝟctus ẽ obligatoꝛius ad aliqua. bõa puta ad fidẽ seruãdã ⁊ indisso lubilitatẽ ⁊ p̃olẽ suscipiẽdã ⁊ educãdã si euenit. que tria bona sunt matrimonii ⁊ generaliter in oi ꝟctu ꝟbẽs sẽ cõditiõe opposita illi ꝟctui nihil facit. ⁊ iõ ꝟ rõnẽ istius ꝟctus est ꝓditio opposita repugnans alicui bono matrimonii. ⁊ ita sunt tria impedimẽta ex triplici ꝓditiõe opposita ꝟctui cõtra tria bõa matrimonii. ⁊ de istis dictũ est di. xi. Ex parte aũt personaꝝ ꝟbentiũ requiritur vt possint dare illã ptãtẽ coꝛpoꝛ. simplr aũt impotẽs ad copulã carnalẽ non põt dare bãc ptãtem q̃ nõ hz nec alligatus alteri matrimonialiter q̃ iam coꝛpus suuz nõ est suũ. sed cõiugis. sic igitur ipo⁹. simpliciter ⁊ alligatio matrimõialis alteri ipediũt ex parte ꝟbẽtiũ. de ista aũt impotẽtia dictũ est di. xxxiiii. qualiter est quedã nãlis. ⁊ quedã casualis. ⁊ vtraq̃z nisi sit perpetua non ipedit simpliciter naturalis aũt in viro est vel per frigiditatẽ vel per carẽtiã partis necessarie in muliere p artationẽ simplr q̃ dico ꝟ artationẽ alicui. casualis aũt est p maleficiũ. ⁊ hoc siue respectu cuiuslibet siue respectu determinate psone. Ad istã aũt ipotẽtiã reducit ipedimẽtum etatis puerilis. q̃ ⁊ si ibi non sit ipotentia ppetua. tñ p̃o tali etate nulla est potẽtia: ⁊ iõ nulla põt dari. ⁊ ꝟ isto ipedimẽto etatis dictũ est di. 36. q. 2. Sic igit̃ habemus ex pte ꝟctus tria impedimẽta in genere. s. p metũ per defectũ notitie. ⁊ per appositionẽ cõditionis repugnantis. ⁊ ex parte ꝟbentiũ duo in genere. s. impotentiam simplr ⁊ impõm ſm iustitiã q̃ alligatus est alteri.

Jn spãli aũt p̃imum ipedimẽtũ põt eẽ ita multipleꝛ quotupleꝛ est malũ q̃ iuste timeꝫ. Secũdũ ipedimẽtuz est tripleꝛ ſm tripliceꝫ erroꝛem ⁊ quartuz per defectũ vsus rõnis. Tertiũ impedimẽtuz cõtinet sub se tria impedimẽta repugnãtia trib⁹ bõis matrimonii. Quartũ ipedimẽtũ continet dupliceꝫ ipotentiam naturalẽ viri. s. frigiditatem ⁊ mutilationem ⁊ vnicã impotentiã mulieris. s. artationẽ simplr: frigiditas. n. in muliere ñ impedit simpliciter sicut nec sterilitas ⁊ vnũ generale vtriq̃z sexui. s. etatem puerilem. ⁊ continet sub se impotentiam casualem in vtroq̃z sexu dum tamen perpetuã. Vltimum impedimentum manet indiuiduuz. ⁊ ratio illius impedimenti patet ex di. 33. vbi dictuz est q̃ p̃o le. euãgelica. non habet locũ bigamia. nec licet dimittere. vxoꝛem. ergo nullo mõ ipa viuẽte siue dimissa de facto siue non dimissa licet cũ alia ꝟbere. Ex statuto ecclesie sũt tñ mõ impedimẽta psonarũ. q̃ ecclesia nihil determinauit circa formã vel materiam istius contractus. ꝟz solũ personas aliquas illegitimauit faciẽdo eas non capaces huius contractus: ⁊ ꝟ vel igitur p̃opter nimiaz earum in se p̃opinquitatẽ vel pp aliquius hoꝛendi criminis enoꝛmitatez vel pp eaꝝ ad diua applicationẽ

ꝑmo modo intelligit cõsanguineos in quarto gradu et infra in sili gradu affines. ⁊ hꝫ vel ꝓprie dictos quoꝝz ſ. vinculũ cõtractũ est ex ꝓiunctione carnali vel extensiue. quoꝝ. ſ. vinculum cõtractuz est non ex cõmixtione carnali sed tm̃ per matrimoniũ vel sponsalia qđ vocatis publice honestatis iustitia. ⁊ de istis tribus impedimẽtis dictum est de ꝑmo de. 40. de. 2ᵒ. ⁊. 3. di. 41. ⁊ de isto etiam impedimẽto habetur extra de spõsalibus ⁊ est in. 6. li. Ex sponsalibus puris ⁊ certis dũmodo nõ sint nulla ex defectu consensus oriꝫ efficax impedimentum ad impediendũ ⁊ dirimẽdũ sequentia spõsalia vl̃ mr̃imonialia. nõ aũt ad p̃cedentia dissoluẽdũ impedimentũ. ſ. iustitie publice honestatis. Juxta hoc etiam est quedã ꝓpingtas quasi mixta carnalis ⁊ spiritualis cuiusmodi est cognatio spũalis ⁊ legalis de qbus dcm̃ est di. 42. ⁊ de ista habet extra. e. ti. ne duz inter baptizatũ ⁊ eũ qui illũ suscipit de baptismo ac inter eũdez baptizatuz ⁊ suscipiẽtis filios ⁊ vxorẽ añ susceptionẽ carnaliter cognitã ab eodẽ: imo et inter sustipiẽtez patrẽqz baptizati ⁊ mr̃em cognationẽ spiritualẽ in baptismo iure cõtrahi cõstat. que cognatio impedit ad cõtrahenduz matrimoniũ ⁊ dirimit iam cõtractũ. ⁊ eadem que sunt de suscipiẽte dicta sunt etiã de baptizãte censenda.

Ex ꝓfirmatione quoqz spũalis cognatio eisdez modis cõtrahiꝫ matrimoniũ simplr̃ impediẽs cõtrahendũ ⁊ dirimẽs iam ꝛctũ. alias vo ꝑsonas a supradicto ꝛ baptismo vel ꝓfirmatione nõ ipediri ad mr̃imoniũ ꝓtrahendũ. aut dirimi post ꝛctuz decreuimus. Et ibidez. c. 2. per catheciſmũ qui ꝑcedit baptismũ cognatio spũalis cõtrahiꝫ per quã cõtrahẽduz mr̃imoniũ impeditur. per istaz tm̃ cognationẽ mr̃imoniũ post cõtractũ minime separat. ⁊ ibidẽ. c. 3. si plures accesserint ad suscipiendum de baptismo infantẽ spũalis cognatio cõtrahiꝫ matrimonia post cõtracta impediẽs ⁊ dissoluẽs. ⁊ de confirmatione insup quãtũ ad hoc idez iudiciũ est habendum.

Ex datione vo alioꝝ sacroꝝz spũalis cognatio neqquã oriꝫ que mr̃imoniũ impediat vel dissoluat. Et est ordo istarũ ꝓpingtatuz qz cõsanguinitas ẽ mere carnalis ꝓpingtas. affinitas ꝓprie surgit ex copula carnali mere publice honestatis iustitia ex ꝓpingtate cõtractu mr̃imoniali ⁊ sponsaliũ. Spũalis cognitio ex ꝓpinquitate carnali ⁊ susceptione vel datione sacri baptismi vel cõfirmationis legalis ex carnali vinculo aliquo ꝑm legẽ. ſ. per adoptionẽ si ꝓpter applicationẽ spũalẽ ad cultũ diuinũ eccl̃ia illegitimauit cum qui solenniter vouit cõtinentiã ⁊ eum qui suscepit ordinẽ sacrũ. de ꝑmo dictũ est di. 36. de secũdo di. 37. illud aũt de voto solẽni si tm̃ ibi fiat traditio potestatis corporis ad castitatez seruãdã ipsi eccl̃ie vel ꝓlato in cuius manu vouet ⁊ per hoc nõ hꝫ potestatẽ sui corporis ad actũ cõiugalez tunc põt reduci istud impedimentũ ad nãm cõtractus: sicut illud ꝺ alligato ad aliud mr̃imoniũ. Si aũt tale votum nõ tollit isti qn̄ hẽat ptãtẽ sui corporis: tunc ex potestate ecclesie est illegitimatio ⁊ irritatio non tm̃ qz se tradit ecclesie ad talẽ actũ. sed qz xp̃s reuocando ioãnez a nuptiis p̃retulit votũ cõtinẽtie vinculo cõiugali. ⁊ iõ eccl̃ia illum qui est in gradu supiori iuste illegitimauit ad accipiendũ gradũ inferiorez siue ad apostatandum Tandẽ ꝓpter enormitatẽ criminis tm̃modo dupliciꝫ illegitimet iuste. ſ. ꝓpter enormitatez infidelitatis illegitimauit fidelez nõ simplr̃ sed respectu infidelis ⁊ econuerso ad mr̃imoniũ cõtrahendũ. ⁊ de hoc dictũ est dist. 39. Aliud crimen enorme est adulteriũ cũ machinatiõe in mortẽ legitimi cõiugis. ⁊ de isto impedimẽto dictuz ẽ di. 35. vel ẽt cum fidei datione de contrahendo post mortẽ legitimi cõiugis. Sic ergo in genere ex statuto ecclie sunt ꝑsone illegitime ex duplici crimine ex duplici applicatione ad cultũ dei: ⁊ ex ꝓpingtate consanguinitatis ex vinculo affinitatis ⁊ publice honestatis iustiꝰ ⁊ ex cognatione spũali ⁊ legali. ⁊ hec impedimenta tangunt in his versibꝰ. Error: cõditio: votum: cognatio: crimen. Cultus: disparitas: ius: ordo: ligamen: honestas. Si sis affinis si forte coire negbis. Hꝫ istis versibus cõtinent impedimẽta absqz omni ordine rõali. pñt igiꝭ ordine debito ⁊ magis in particulari istis vsibus explicari. Vis fraus plone seruꝰ datiõis ⁊ amẽs. Addita cõditio tria cõiugii bona tollẽs. Frigꝰ arta puer trũcatus ꝑstigiatus. Ulterius cõiunx obstat mutue dationi. Ordo sacer votũ disparcultus spõsio mechi. Carnalis legis cognatio spũalis. hec vi ꝓcepti sit huic affinis honestas. Hꝫ quattuoz ꝑmi versus continẽt impedimenta que repugnãt nãe contractus matrimonii. ꝑmus istoꝝ quinqz in spãli. secũdꝰ tria. tertius qnqz. quartus vnũ. ⁊ sic sunt quatuordecim impedimenta post que subdiꝫ in fine quarti vsus. obstãt mutue dationi: intellige que est in cõtractu mr̃imonii obstant. ſ. hec oia predicta tres alii versus cõtinẽt impedimenta ex statu eccl̃ie. ꝑmus quattuoz. secũdus tria. tertius duo. ⁊ sic sunt nouẽ. ⁊ hoc ẽ qđ diciꝫ in p̃ncipio tertii vsus. hec vi ꝓcepti. ſ. eccl̃ie impediũt matrimoniũ. ⁊ sic in spãli sunt. 22. impedimẽta simplr̃. illi aũt versus communes non cõtinẽt nisi duodecim sed sub errore ꝺbet intelligi quadruplex impedimẽtuz in spãli. ⁊ sub cõditione triplex impedimẽtũ de conditionibus appositis cõtra tria bona matrimonii. vnde qui refert error ad errorẽ plone. ⁊ cõditio ad errorẽ ꝓditionis satis oñdit se ignorãtẽ in iure canonico votũ sicut stat. cognatio intelligiꝫ ꝓ carnali spũali ⁊ legali. crimen ꝑ illo adulterio cum fidei datione ⁊c̃. ⁊ illud posset qñqz distingui hꝫ qꝺ dictũ est di. 35. qꝺ istoꝝ triũ aliqñ cõiunguñ duo. et aliquãdo vnũ illoꝝ impedit. sed istud impedimentum nõ est distinctũ in istis versibus distinctius exp̃mentibus cetera impedimẽta specialia ꝑm alios versus nõ distinguit nisi illud vltimũ de impotentia qđ cõtinet qnqz impedimẽta spãlia ꝑm alios versus. nec est admirandũ si sollicitudinẽ tantaz ponit ecclesia in ordinãdo mr̃imonia. qz cõitas chr̃istianoꝝ vtitur matrimonio ꝓ cuius ⁊ sum multiplicat̃ ppls x̃pianus. ⁊ ideo sic ordinari debet vt in eius cõtractu ⁊ vsu viteñ ea que obuiant cbaritati siue in deuz siue in ꝓximuz. ⁊ seruãda sunt que cõgruũt honestati vt sic honestũ matrimoniũ x̃pianum cõgrue significet: illaz bñdictam cõiunctionẽ x̃pi ⁊ ecclesie de qua dicit apls. sacr̃m aũt hoc magnũ est. dico aũt in x̃po ⁊ eccl̃ia que coniũctio nunc ẽ per fidem et aliqualẽ dilectionẽ. sed in patria erit per clarã visionẽ ⁊ perfectaz fruitionẽ sponse non habẽtis maculã neqz rugam ad sponsum speciosuz ꝑ filiis boium cui sit bonoꝝ ⁊ gl̃oria in. ſ. ſ. Amen.

Ista est distinctio. xlii ꝑ/

ius quarti libri. In qua magr̃ poltq̃ supius egit de impedimẽto ꝓpingtatis carnalis. Hic aũt agit de impedimẽto ꝓpingtatis spũalis. Et quattuoz circa hoc facit. Primo enim oñdit quõ cõsanguinitas ⁊ affinitas etiã cognatio spũalis impediũt mr̃imoniũ. Secundo quõ ex baptismo ⁊ cõfirmatione cognatio quedã cõtrahitur ꝓpter qõ mr̃imonium iuste dissoluiꝫ. Tertio quõ vir ⁊ vxoꝝ licite de baptismo puerꝰ fil̃ leuare nõ pñt. Quarto quõ tertie vel quarte nuptie nec ꝓhibite nec dãnabiles exiſtũt. Primũ facit a pn̄. dil. vsqz ibi. Spũales filii sunt. Secũdũ ab inde vsqz ibi. Solet ẽt queri. Tertium vsqz ibi. Sciendũ etiam. Quartũ vsqz ad finẽ dis. In spãli snia magr̃i stat in quattuoz ꝓpositionibꝰ quarum ꝑma est hec. Mr̃imoniũ impediũt cõsanguinitas ⁊ affinitas ⁊ ẽt spũalis germanitas. Hanc magr̃ istinuans ꝓponit ꝑmo post ꝓdicta dicẽdũ ẽ de cognatione spũali que ẽt reddit ꝑsonas illegitimas ad cõtrahẽdum Distinguit autez tria que ꝓpingtatez dicũt ⁊ mr̃imonium impediũt. ſ. cõsanguinitatez ⁊ affinitatem ⁊ spiritualẽ ꝓpingtatem. Et dicit cõsanguinitas est iter eoꝝ

qui iungunt ꝺm lineã generis. Affines aũt sunt qui nõ generatione sunt cõiũcti sed mediãte cõiũctione carnali sunt sociati. Sed spiritualis ꝑpingtas dicit illa que ẽ inter cõpatrem pueri carnalẽ ⁊ cõmatrẽ spũalem. ⁊ inter illos quoꝝ vnus alterũ de sacro fonte leuauit aut in catbezizatione vel in ꝓfirmatõe tenuit. ⁊ iter filios eiusdem hois carnales ⁊ spũales. Secũa ꝓpositio ẽ hec dũtaxat ex duob⁹ sacris. s. baptismo ⁊ ꝓfirmatione spũalis cognitio oꝛiꝝ ex qua mrimonii ꝓtractus dissoluitur Hãc magister insinuans dicit ꝙ spũales filii sunt quos de sacro fonte leuamus vel quos in cõfirmatione tenemus. Dicit filius vel filia spũalis ipsi⁹ sacerdoti ꝙ vel ꝙ ei sua peccata ꝓfiteꝰ. vel quã baptizat qõ auctoꝛitatib⁹ ꝓbat. Postea dicit ꝙ cõmater ⁊ pr̃ sibi in mrimonio ꝓiungi non possũt. vt pr̃ spũalis filie spũali. nec mater spũalis filio spũali. ⁊ si factum fuerit debent separi. Si aũt post legitimũ mrimonium ꝓtractũ alter ꝓiugũ insidiose. s. vt ab alio separeꝰ filiũ de sacro fonte leuauerit. aut in ꝓfirmatione tenuerit. nõ ꝓpter hoc sunt sepandi ꝙ aũt hoc fecerit ꝓnia castigãdus ẽ. Obijcit tñ ꝓtra hoc magister ꝙ quasdã auctoꝛitates ꝙ exꝑsse dicunt eos qui de lauacro natos susceperunt sepandos cẽ. Magister aũt soluit illa dicta esse ad terꝛoꝛẽ vt sine opere teneant nõ aũt ꝙ ita sit faciendũ vel ille auctoꝛitates loquũtur de illis ꝙ pũsq̃ ꝓiuges fierent filios suos vel viroꝝ de fõte sacro susceperũt. Postea dic ꝙ filii spũales vl ad optiui aticuus nãlibus filiis nõ possunt cõiungi in matrimonio qõ auctoꝛitaib⁹ ꝓbat. Quidã tñ volũt tñ itelligere de illis filiis quib⁹ ꝓpatres facti sunt. De illis võ qui añ ꝓpaternitatẽ vel post geniti sunt ꝓcedũt ꝙ licite ⁊ legitime ꝓiũgi ꝑnt. ⁊ pro his facit auctoꝛitas vrbani pape. Quedã tñ auctoꝛitas dic ẽt post ꝓpaternitatẽ genito copulari nõ posse. Postea querit vtrũ qs cõmatrẽ vꝛoꝛis sue post ei⁹ obitũ i vꝛoꝛez ducere possit. Et rñdet ꝙ nõ. qõ auctoꝛitatib⁹ ꝓfirmat. Obiicit tñ cõra ℔ ꝙ quasdã auctoꝛitates quarũ dat itelligẽtiã. Tertia ꝓpõẽ hec. Vir ⁊ mulier vꝛoꝛ ei⁹ nõ possit licite pucrũ de baptismo suscipere. Hãc insinuãs querit. Si vꝛoꝛ simul cũ viro debeat i baptismo puerꝝ suscipere. Et respõdet ꝙ auctoꝛitatẽ vrbani pape ꝙ nõ. Quarta ꝓpõẽ ℔. Tertie ⁊ q̃rte ⁊ qnte nuptie nõ sũt dãnãde: tñ prime sũt solẽnit venerãde. Hãc enĩ ꝓpõnẽ magr insinuans dicit ꝙ nõ solũ ꝑme nuptie sũt licite sed ẽt scõe nuptie ⁊ tertie ⁊ q̃rte ⁊ qnte dãnãde nõ sũt. Nõ ẽt auctib⁹ ꝓbat. Nõ ãt apls bigamos a sacerdotali honoꝛe excludit ℔ nõ facit ꝙ tãto vitio bigamie. ſꝫ ꝙ sacri signaculo qõ ibi nõ seruaꝝ. Unde etiã ꝑme nuptie sub bñdictiõe celebꝛantur. Et tñ in speciali.

De resurrectionis ⁊ iudicii conditione.

Di. 43.

Ostremo de cõditione resurrectionis ⁊ modo resurgentium. necnon ⁊ de iudicii ⁊ misericoꝛdie qualitate bꝛeuiter differendum est. Omnibus questionibus que de hac re moueri solẽt satisfacere non valeo. resurrecturam tamẽ carnem omnium quicunq̃ nati sunt atq̃ nascentur ⁊ moꝛtui sunt ⁊ moꝛientur nullatenus ambigere debet christianus. Ait enim Esaias. Resurgent moꝛtui ⁊ resurgent qui erant in sepulchris. ⁊ apostolus. Nolumus vos ignoꝛa. de doꝛ. vt non cõ. sicut ⁊ ceteri qui spez nõ habent. s. resurre. Hoc enim dicit in ver. do. ga nos qui vi. qui re. su. nõ ꝑ. eos qui doꝛ. Quoniam ipse do. in iussu ⁊ in voꝛ. ar. ⁊ in tu. dei descen. de ce. ⁊ moꝛ. qui in christo sunt re. primi

Deinde nos qui vi. qui relin. si. ra. cum illis nu. obui. christo in aera. sic semper cum domino erimus. His verbis ⁊ veritas resurrectionis ⁊ causa atq̃ oꝛdo resurgentium preclarissime insinuatur.

De voce tube.

Causa enim resurrectonis mortuoꝛum erit voꝛ tube que in aduentu iudicis ab omnibus audietur. ⁊ cui⁹ virtute excitabuntur moꝛtui ⁊ de monumẽtis resurgẽt Unde ꝓpheta. Dabit voci sue vocem virtutis. idest effectum resuscitandi moꝛtuos. Et Joannes euangelista ait. Uenit hoꝛa in qua omnes qui in monumentis sunt audient vocem filii dei ⁊ procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vite. qui vero mala egerunt in resurrectionem iudicii. Si vero queritur cui⁹ vel qualiseꝛit voꝛ illa. Apostolus dicit ꝙ erit archangeli. idest ipsius christi qui est ꝑnceps archangeloꝛum. Uel voꝛ erit alicuius vel pluriũ angeloꝛum. Eaq̃ dicitur tuba qꝛ erit manifesta ⁊ nouissima quia post eam noꝛ erit alia. Hec tuba vt ait Augu. est clamoꝛ de quo dicitur in euangelio. Media nocte clamoꝛ factus est ecce sponsus venit ex. obuiam ei. Tube nomine aliquod euidens et preclarum signum intelligitur. Quod voꝛ archangeli et tuba dei ab apostolo dicitur ⁊ in euãgelio voꝛ filii dei ⁊ clamoꝛ appellatur. quod signũ moꝛtui audient ⁊ resurgent.

Aug. de gra no. ⁊ ve. test.

De media nocte.

Media autez nocte dicitur venturus vt ait augusti. Non ꝓ hoꝛa temꝓoris sed quia tunc veniet cum non speratur. Media ergo nocte. s. cum valde obscurũ erit idest occultum veniet. Dies enim domini sicut fur in nocte ita veniet. Potest tamen non incongrue intelligi medie noctis tempoꝛe vẽturus. quia vt ait Cassiodoꝛus hoc tempoꝛe primogenita egypti percussa sunt quando etiam sponsus venturus est. Pluribus etiaꝝ locis contestantur auctoꝛes ꝙ aduentus christi dies dicitur domini non ꝓ qualitate tẽꝓoris sed rerum: quia tũc cogitationes ⁊ cõsilia singulorum patebunt: Unde in Daniele. Ue tustus dierum sedit ⁊ libri aperti sunt coꝝ eo Libri sunt conscientie singulorum que tũc apꝛientur eis de aliis ⁊ tunc implebitur. Nihil occultum quod non reueletur. Aduenien te autem summo iudice non solum aeris tene bꝛe illuminabuntur. sed absconditta coꝛdium manifestabuntur. Uirtute ergo diuina fiet vt cuiq̃ opera sua bona vel mala cuncta in mẽoriam reuocenẽ ⁊ mẽtis intuitu mira celeritate cernantur vt accuset vel excuset hominem cõscientia eaq̃ teste damnetur vel saluetur.

Cassio⁹ sup octonarium.

De lib. q tẽ apti erant.

De memoria electoꝛum si tunc precedẽtia mala teneat.

Hic queritur vtrum electis tunc assit memoria precedentium malorum sicut bonorum. Quedam auctoritates videtur bonos tradere non habituros tunc memoriā precedentium malorum idest peccatorum vl' tormentorum. Ait enim Esaias. Ego creo celos nouos ⁊ terram nouam ⁊ non erunt in memoria priora ⁊ non ascendent super cor sz gaudebitis in eternum. Jem. Obliuioni tradite sunt angustie priores: ⁊ abscondite ab oculis nostris. Que de futuro exponens Hierony. ait. Obliuioni tradentur priora mala. qr forsitan in futuro pristine conuersationis memoria omnino delebitur succedentibus bōis eternis ne sit pars malorum prioris angustie memorari. Sed et his similia possunt accipi sic vt non excludant memoriam precedentium malorum. sed ex ea molestiam ⁊ lesionē amoueant. Non enim eorum memoria sanctos cōtristabit vel eorum beatitudinem obfuscabit. sz gratiores deo reddet. Unde sup ps. lxxxvii ait Grego. Quomodo in eternum misericordias domini canit qui miserie non meminit Quomodo autem plena beatitudo si memoria reatus mētem tangit. Sed sepe leti tristiū meminimus ⁊ sani dolorū meminimus sine dolore. ⁊ inde amplius leti ⁊ grati sumus. Ex his appet q̄ si priorū malorū memoriā sci habebunt in futuro. non eis tamen erit ad penā vel glorie derogationem sed ad gratiarum actionem. Si vero queritur vtrum peccata q̄ fecerunt electi prodeant tunc in notitiam oīuz sicut mala damnandorum omnibus erūt nota. Non legi hoc expressum in scriptura. Uñ non irrationabiliter putari potest peccata hic per penitentiam tecta ⁊ deleta illic etiā tegi aliis. Alia vero cunctis propalari.

Grego.

De his qui viui reperientur.

Queri solet vtrum illi quos viuos inueniet christus nunquā omnino morituri sunt an ipso temporis puncto quo rapientur obuiam christo ad immortalitatem mira celeritate sint transituri. Non enim dicēdū est fieri non posse vt per aera in sublime portētur. in illo spacio ⁊ moriātur ⁊ reuiuiscant. Ad hunc autem sensum: quo estimemus illos in paruo spacio ⁊ passuros mortez ⁊ accepturos immortalitatem apostolus nos vrgere videtur vbi dicit. Omnes in christo viuificabimur. ⁊ alibi. Quod seminas non viuificatur. nisi prius moriatur. Cur autem nobis incredibile videatur illam multitudinem corporū in aere quodāmodo seminari atqz ibi ꝓtinus immortaliter et incorruptibiliter reuiuiscere. cum credamus in ictu oculi futurā resurrectōnem ⁊ in membra sine fine victura tanta velocitate rediturum antiquissimorum cadaueruz puluerem. Sed vellem de his potius audire doctiores. Si ergo sanctos q̄ reperiētur christo veniente viuentes eiqz obuiam rapientur crediderimus in eodem raptu de mortalib⁹ corporibus exituros ⁊ ad eadez mox immortalia redituros nullas in verbis apostoli patiemur angustias generaliter accipientes illd̄ quod dictum est. Omnes quidez resurgem⁹ s. tam boni q̄ mali sed non omnes immutabimur. s. in solēnitate resurrectionis. De hoc etiam ambro. ait. In ipso raptu eorum qui viui reperientur mors erit ⁊ resurrectio vbi anima quasi per soporem egressa de corpore eidez in momento reddatur. Econtra vero scribēs ad marcellam Hiero. testari videtur dicēs quosdaz in fine seculi adueniente christo nō eē morituros sed viuos repertos in immortalitatē repente mutandos. Horum aūt qd̄ verius sit non est humani iudicii diffinire.

Ambro.

Quomodo intelligitur christ⁹ iudex viuorum ⁊ mortuoruz.

His autem adiiciendum ē dupliciter intelligi' quod dicitur. Christus iudicaturus viuos ⁊ mortuos. Aut enim viui accipiuntur: qui in aduentu eius viui reperiētur lz in raptu moriantur. ⁊ mortui qui ante decesserunt. vel viui ⁊ mortui qui accipiūtur iusti ⁊ iniusti.

Quomodo omnes incorrupti.

Cūqz ex predictis sane credi valeat omnes resurrecturos. credenduz est etiam q̄ omnes resurgent incorrupti. non vtiqz impassibiles quia mortez patientur eternā sed sine diminutione membroruz omnia humani corporis habituri membra nec tñ gloria ac specie impassibilitatis induētur.

Circa istam xliii distinctionem quero tria. p̄mo vtrum resurrectio generalis boīum sit futura. q̄ non. eccl. 3. Unus est interitus hominuz ⁊ iumētorum: sz iumēta non resurgūt. ergo. Preterea Job. 14. Homo cuz dormierit non resurget donec atterat celum non euigilabit. sed celū nunq̄z atteretur cum sit incorruptibile. g̃ Preterea phs. 2. de generatione que corrumpuntur s̄m substantiaz non redeunt eadem numero sed specie Idem vult. 5. phys. Preterea per rationem totuz reqrit vnionē partium. ergo ⁊ idem totum eandez vnionem. sed non redibit eadem vnio quia interrupta est. sed interruptum nō redit idem: qr si redit idem iterato erit. sed iteratio repugnat idētitati: qr iteratio ponit numerum idētitas p̄uat. ergo. Oppositum Job. 19. Scio q̄ in nouissimo die de terra surrecturus sum ⁊c.

Preterea .j. ad corin. 15. Omnes resurgemus.

Hic sunt duo videnda pri

1. Tho. 4. dist. 44. q. 1 i solone tii, art.

mo de possibilitate. secūdo de facto. De ꝓmo dicit sicut q ꝙ si in boie aīa sensibilis eēt diuersa ab aīa rōnali. ⁊ per ꝙsequens corruptibilis sicut in aliis aīalib⁹ optime cōcluderet q in resurrectione nō erit eadē aīa sensibilis. ⁊ per ꝙsequēs nec idem aīal. Si autem ponatur q eadem anima ꝓm subsīātiā sit in homine rationalis ⁊ sensibilis nullas in hoc angustias patiemur. qō decla

Idē th. i solone ꝑ. ar. ci usdē. q.

ratalibi ostendēs differentiā boīs ad alia corruptibilia. Ad ꝓpositū q aliox aīalium forma nō est per se subsistēs vt post cōpositi corruptionē manere valeat: sicut est de aīa rōnali que esse qō sibi in corpore acqrit etiam post ꝛeparationez a corpore retinet. ⁊ in participationē illius est corpus per resurrectionē adducit: ita q nō sit aliud esse corporis. ⁊ aliud anime in boie. als coniunctio anime ⁊ corporis eēt accidētalis. ⁊ sic nulla interruptio facta est in esse ſubali hominis: vt non possit idem numero redire ꝓpter interruptionē cēndi sicut accidit in aliis rebus corruptis. quarū eē oīno corrumpitur. stat ergo istud dictum in hoc q etsi interruptū non possit redire idē numero: tum q esse aie intellectiue ē idem qō est totius. ⁊ materia manēt eadē. ⁊ sic in nullo ptinēte ad ſbam boīs facta est interruptio in esse. iō possibile est boiem redire cundē nō sic in aliis corruptis.

Contra hoc ꝓmo est auctoritas aug. 22. de ci. dei. ca. 20. loquēs de carne reddēda hoī in resurrectione. et si inquit oībus pisset modis. nec vlla eius materia in vllis nature latebris māsisset. Ufi vellet eā repararet omps ergo totalr destructū ⁊ corruptū in totali eē posset idem repari. Preterea per rōnez si destructū eēt annihilatum illud nihil sequēs annihilationē eius eēt eiusdem rōnis cū nihilo qō erat terminus a quo creationis patz q: ille mutationes opposite hñt idē ꝑ termino. vna ꝓ termino a quo. alia ꝓ termino ad quē. Sed nihil precedēs creationē nō repugnabat qn illud cui opponit potest creari. ergo ⁊ post annihilationē poterit idem reparari. Confirmat rō q: planū est q ex parte cause rēanet eadē potestas. ex parte aūt lapidis ēsto q lapis sit annihilatus tanta est possibilitas simplr a esse post annihilationē quāta ante creationē: q: nō magis includit cōtradictionē. neqz illud nihil in qō cessit lapis magis ꝑnat possibilitatē q: nō ꝑuaret nisi tanqz oppositū ſz eisdē ⁊ equaliter opponebat ante creationē. Preterea i boie est aliqua entitas positiua que neqz est pars māliſ nec formalis nec partes sil' sicut ꝓbatū est tertio lib. di. 2. q. 2. ⁊ ad ꝓpositū sufficit repetere vnā rōnem. q: aliqd est ibi causatum a causis intrinsecis. sed nec causa materialis nec formalis est causata a causis intrinsecis. nec ambo simul ergo aliqua alia entitas a causis diuisim ⁊ ꝙiunctim acceptis. ⁊ illa destruit aliqn nō esset vere mortuus: q: nō eēt corruptio totalis entitatis hominis ⁊ tamen illa entitas reparabit eadem numero aliqn non esset idem homo numero. Preterea si deus in h instanti. a. ⁊ in toto tempore medio vsqz ad. b. ⁊ in instanti. b. conseruaret istud eē cōcederet q esset oīno idez numero. ergo si in. a. cōseruat ⁊ iterum in instanti. b. a in tēpore intermedio esse nō cōseruat adhuc erit idem. ⁊ tamen erit interruptū in tēpore intermedio. Probatio cōsequentie: quia idētitas illius esse vt est in. b. ad seipsū vt est in. a. nō dependet essentialiter ex conseruatione ꝓ tempore illo medio. q: neqz vt a causa formali. neqz vt a quacūqz causa essentiali. Hoc etiam ꝓbatur aliter: q: alioquin nō posset deus idem esse creare in alio instanti posteriori quod in instāti ꝓxi creat. q: si in instāti ꝓxi creat: ⁊ in tempore sequēti conseruat esse idem vt cōseruatum in tempore illo essentialiter regreretur ad idētitatez illius esse in instāti. b. ⁊ tunc si nō esset cōseruatum in illo tēpore sed ꝓmo creatuz in. b. non possz creari idem. Preterea diuersitas posterioris nō ꝛrguit diuersitatē ꝓxis eēntialiter. sed illa instātia ad ipsuz esse permanēs sunt posteriora eēntialiter. Unde ⁊ illud esse manet idez in quibuscūqz instātibus succedētibus ergo siue fiat cōtinuatio inter illa instātia siue non: nō minus ipsum esse poterit esse idez. Uel sic si esset esse in. a. ⁊ in tēpore sequēti. ⁊ in. b. esset idez in. a. ⁊ in. b. ergo si destruat posterius eo qō est durare in tempore intermedio adhuc non necessario ex hoc sequet diuersitas eius in. a. ⁊ in. b. Preterea ex illa radice q esse simpliciter interruptū vel destructū non potest redire. idē sequunt inconuenientia. ꝓmo q deus nō possz brutum resuscitare idem numero. cuius opposituz nonnunqz legitur miraculose factum a sanctis. vt patet de tauro quem suscitauit siluester vt habetur in legenda eius. et hoc deo negare esse possibile videt magne infidelitatis ⁊ tamen sensitiue eius est destructio ⁊ interruptio.

Sequeretur etiaz q oīa accidentia que corrūpunt in corruptione hominis vniuersaliter ante resurrectionez non possunt eadez numero redire. ⁊ tūc nō haberet homo resuscitatus eandē ꝓpriam passionez numero q ꝑ ꝓ. q: illa ꝓpria passio non māsit post mortē q erat totius vt totius ⁊ nō anime tm. cōsequēs autem est impossibile q sit idem sub specie ⁊ tamē non habeat eandem passionem. Sequeret etiaz de aliis accītibus q potentie anime que ꝑm istum sunt accidentia: cum non sint accidentia solius anime sed totius cōpositi ꝑm ꝑm in ꝓncipio de sensu ⁊ sensato. ⁊ ꝓmo de sōno ⁊ vigilia q nō possent redire eadē. ⁊ ita homo resuscitatus nō hēat eādē pōm auditiuā vel visiuā. ⁊ sic de singul'.

Tho. ꝑ ꝑte su. q 77. ar. j

Sequeret etiā q nō haberet eandē quantitatē: quia illa nō manet. nec in materia sola manente. nec in aīa intellectiua vnde illa opinio. In alio videt peccare ꝑ ꝓmo quia ponit totuz esse hominis manere non interruptuz ꝓximo quia vt probatū est ꝓxius entitas totalis interrumpitur. Secūdo: quia eē anime intellectiue nō ē eē totale hominis vt ipse accipit: quia omne ens habz aliquod esse ꝓpriū. nam homo vt homo est aliqō cuius nō tantū anima. ergo habet aliquod esse ꝓpriuz ⁊ non tantū eē anime. igit habet aliquod esse ꝓpriū ⁊ nō tantū eē anime. Preterea iste in hoc cōtradicit sibi ipsi quia alibi dicit q status anime in corpore est perfectiō quam status eius extra corpus: quia est pars compositi. ⁊ omnis pars est materialis respectu totius. Et tunc arguitur sic. quod habet totaliter idem esse ꝓpriū nō est imperfectius ex hoc solo q non cōmunicat alij illud esse sed per te anima totaliter habet idem esse separata quod coniuncta. immo esse quod totale esse hominis quādoqz cōmunicatur corpori ergo ipsa in nullo est impfectior ꝓ eo q nō cōicat idem esse corpori Ma. apparet quia perfectior naturaliter presupponit ei qō est cōicare pfectionē. ergo nō est maior vel minor per hoc q cōicat vel nō cōmunicat. ⁊ hoc maxime sequitur si per talē cōicationez nullū aliud esse ꝙ est totius ꝙ istud idē. Preterea. probatū est supra in materia de eucharistia: q in homine est alia forma substātialis ab anima intellectiua ⁊ per consequens cum cuiuslibet forme sit dare esse in anima intellectiua non est totale esse compositi. Et istud etiaz pōt adduci contra primuz quia illa forma interrūpitur secundū esse ⁊ tamē reducitur eadem. Ad ꝓbationē quā innuit in contrarium q tunc vnio anime ⁊ corporis esset accidentalis. ꝓna ē neganda q: sicut vnio nō est nihilis sed alicuius ad aliqd per ꝙnās ē entis ad ens ita est habētis esse ad habēs esse. quia nō capio q aliquid sit ens extra causā suaz: q: hēat eē ꝓpriū. sic ē ens ē p se cōponibile cū ente sic p se receptiuū cū p se recepto. ita hīs eē ꝓpriū cū hñte eē ꝓpriū nec ē vnio accītal' q: istō ē p se pcibile. et illō p se pcō. q: si hēre eē tolleret p se rōnē pfectibil' ꝙ nō posset aliquid eē p se defectibile nisi ñ ens. Alr ponit q q: nā

ꝑ ꝑte su me. q. 89. ar. j

Egidi⁹ tbe. pº.

nō agit nisi per motum ⁊ mutationem. ideo non potest reducere idē numero: q⁹ mot⁹ vel mutatio non potest redire idem numero. deus autem potest agere non per motum nec per mutationē. Et ideo per oppositum reducit idez numero. Et ad hoc potest adduci aliud quod tāgit iste: q⁹ q⁹ deus respicit ipsam materiaz vt quid est potest in ipsam vt in nullo modo distinctā formam quācūcz imprimere. nam vt est quid nonē distincta. ⁊ ita potest formam eādem semper imprimere dum materia manet eadem. materia autē vt sic manet semper eadem. sed agēs naturale non respicit materiam vt qd est. ideo non pōt indifferēter quamcūcz fōrmā inducere in ipsam quantūcūcz manētem eādem ⁊ ita non eandem formaz inducere. Contra istud :ad ppositum falsum supponit q⁹ deus nō agit per mutationem resuscitādo. qđ ꝓbatur q⁹ materia p²e fuit sub p̄ uatione forme ⁊ fit sub forma. ergo per actionē agentis transit a p̄uatione ad formā. sed trāsitus talis ꝓprie est mutatio q⁹ tota ratio mutationis ibi saluat. Nō dicit ex alia parte de agente nāli conclusio dubia est .⁊ tangetur. q. 3. sed ratio non cōcludit q⁹ non opz si posteri⁹ non possit redire idē. ergo nec p̄us. sed mutatio ē posterioz ipsa forma. Et cōfirmatur istud q⁹ de facto de⁹ resuscitās nō reducit eandē mutationē numero. q⁹ resuscitatio nō erit eadē mutatio cum generatione: tū eadē forma reducet. vñ fallacia p̄tis est ex distinctiōe mutationuz inferre distinctionē terminoz. ecōuerso enim bñ segtur q⁹ si alia forma acgrit q⁹ fit alia mutatio. sed eadē pōt bene acgri diuersis mutationibus. sic ⁊ idem vbi specie pōt acgri diuersis motib⁹ localibus specie: vtpote motu circulari ⁊ motu recto qui adeo sunt alterius rōnis vt nō sint. cōparabiles. 7. phys. Aug. etiam. 3. de tri. c. 9. vult q⁹ idē specie possit generari equiuoce ⁊ vniuoce. ⁊ tū mutationes sunt alterius rationis.

Probatio etiā ad hoc añtecedēs. s. q⁹ mutatio non pōt reduci eadē numero: nō valet. q⁹ etsi vnitas totius ex partibus sit cōtinuitas partis cū parte. tū vnitas siue idētitas partis ad seipam nō est cōtinuitas eius ad aliam partē. si ergo interruptio ponat nō cōtinuitatez posteriozis ad p̄us. nō segtur q⁹ tollat idētitatē illius ad se ipsam. Et q⁹ illa opi. tāgit de respicere materiam vt qd est. tactū est supra in materia de eucharistia. di. ii. q. 3. parte p̄ma articuli secūdi. si enim aliquē intellectū bonum haberet ꝓpositio forsan eēt ille q⁹ deus nō respicit mām in ordine quodaz trāseūtem a forma in formā quomodo agēs naturale necessario respicit q⁹ nō potest immediate trāsire de quocūcz in qōlibet. sed hec differentia nihil facit ad posse reducere idē numero vel non q⁹ ille ordo respicit formas p̄m rationes specificas. nō autem p̄m idētitatē vel distinctionē earum. q⁹ non potest statim succedere forme vini nisi aceti forma :⁊ non ecōuerso immediate. sed q⁹ huic forme vini succedat: vel illi indifferens est. sicut indifferēter ex hoc igne vl̄ illo generat aqua. ergo agēs respiciēs ordinē formarū in trāsmutatione. ita pōt habere aliqd p²ecedēs formaz inducēdam ab ipso. sicut si imediate ageret sine tali ordine. ⁊ per cōsequēs si absolute sit sibi possibile reducere idem numero non impediet per hoc q⁹ determinatur ad talem ordinem formarum in agendo.

Quantum igitur ad istum

articulum dico q⁹ possibilitas est ex parte dei ex oīpotētia ei⁹. Nō si sit possibile alii cāe ō b nō tracto b. 3. q. 3 dicet. Et ex parte obi est possibilitas simplr q⁹ nō icludit cōtradictionē. ⁊ hoc p²obatū est ⁊ auctozitate ⁊ rōne. ꝓtra p̄mam opi. ⁊ b siue reducat sine mutatione siue p mutationē q⁹ vtrūcz est possibile sicut argutū est ꝓtra secundam opinionem.

De secundo articulo si re/

surrectionē fore possit oñdi rōne nāli de hoc statim in p̄ xima. q. Sed p nūc manifesta ē pcto ex veritate fidei. hāc enim vitatē tanḡ articulū fidei exp̄mit tā symbol' ap̄lōz carnis resurrectionē ḡ symbolū nicenū ⁊ expecto resurrectionē mozt̄uoz ḡ symbolū athanasij. oēs homines resurgere hīt cum cozpozib⁹ suis ⁊c. istud aūt val de exp̄sse habet in multis locis scripture vtpote Job. 19 ⁊ Mat. 25. ⁊ apo. j. cozi. 15. ⁊. j. thes. 4. ⁊. 2. Mach. 12. nisi cos qui ⁊c.

Ad argumenta Ad primū

salomon fuit ibi cōtionato: nūc allegās p parte stultoz nūc rūdens p̄m sniam sapientū. ⁊ illud dictū est cōcionādo p stultis. Sed ꝺicit illi snie postea. c. vl. ibit bō in domū eternitatis sue. ⁊ segtur. finē loquēdi oēs piter audiam⁹. deū time ⁊ mādata ei⁹ obs̄ua. hoc ē ois hō cūcta q̄ fiūt sub sole adducet de⁹ in iudiciū. Ad secundū etsi celū nunḡ atteret quātū ad sbam tū atteret quātuz ad efficaciā vel influētiā in ista inferioza generādo ⁊ corrūpendo q⁹ post iudiciū cessabit ista influētia. ⁊ quo ad h intelligi pōt illud p̄ma cozi. 7. ꝓterit figura hui⁹ mundi. vel posset dici q⁹ logtur de illo celo de quo logtur petrus in secūda cano. sua. c. 3. celi calore soluent: qđ nō intelligit nisi de celo elemētari. Ad aliud pbs ibi distiguit circulationē in cozpozib⁹ celestib⁹ a circulatione in cozruptibilib⁹ q⁹ ibi supra nō corrumpit p motū. et iō redit eadē nō sicut accipiēs eē per istū motū. sed fit p̄ns eidē pti p motū reducētē. sed circulatio in istis inferiozib⁹ est p̄m cozruptionē forme sbalis. ⁊ p̄m reductionē eius. ⁊ iō nō sic redit idē numero sicut ibi. an vl'r aūt negat idem numero posse redire. de h. q. 3. Ad vltimū possz dici q⁹ cōpositū pōt idē redire 3 nō redeat vnio eadē ptiū q⁹ illa vnio nō est de cētia totius. nec illa vnio est illa entitas totalis q̄ est ex ptib⁹: nec forme illius entitatis sed q⁹ vnio ē simplr nēcio regsita ad entitatē totalē. ⁊ ñ videt aliqd eē idē numero qō nēcio regrit ad ip̄m. Jō veri⁹ q⁹ vnio redibit eadē. ⁊ hoc si accipiat ꝓ illa rōne p tiū vnitarū ad inuicē. nō aūt p ipa passione q̄ nō manz nisi in instāti resuscitationis. illa. n. pōt poni alia. sic et illa mutatio ē alia a gnātione. ⁊ cū arguit q⁹ illa vnio fuit interrupta. dico q⁹ interruptū pōt redire idē numero ⁊ nō tm̄ absolutū sed respect⁹ si extrema ei⁹ redeāt eadē numero. Credo enim btām Mariā babuisse eandem relationē ad filiū post passionē quā babuit añ xpi passionez ⁊ tū fuit interrupta ⁊ in morte xp̄i ꝓpter destructōnē termini. ⁊ in morte Marie ꝓpter destructionem fundamēti. Et si dicas q⁹ ꝺicere vl̄ illa rōsio sibiipsi q⁹ negāt vnionē passionē redire eadē. ⁊ tū illa ē necessaria ad fieri toti⁹. ⁊ p̄m istud dictū nō pōt aliqd redire iō qđ ē necessariū ad esse ei⁹. Rndeo esto q⁹ vnio vt est passio sit necessaria ad fieri totius. segtur q⁹ nō est idē fieri ipsius totius nisi sit eadē vnio. ⁊ tūc cōcedo. ⁊ tunc vel neutrū erit idē qđ est ꝓbabile. q⁹ illa vnio vt dictū ē nō erit eadē cum generatione hominis. vel vtrūcz poterit esse idem q⁹ nō ē ibi cōtradictio.

Ecūdo quero vtrū

s

posset eē notū p rōnē nālē r surrectōnez gnālē hoium esse futuram. q⁹ sic desiderium naturale: non potest esse frustra. commē. 2. met. sed homo naturale desiderium habet ad semper esse. ⁊ istud desiderium potest esse notum per rationem naturalem. ⁊ q⁹ illud non sit impossibile. ergo ⁊c. p²obatio minoris. qa non fugitur aliquid naturaliter nisi virtute naturalis desiderii vel amoris ad aliud. sed naturaliter fugit bomo mortem. hoc patet per experientiam. patet etiam per illud apostoli secunda ad cozinth. 6. Nolumus expoliari sed superuestiri ⁊ loquitur in p̄sona nāliter loquentiū.

Preterea naturalr notū est q⁹ beatitudo naturaliter

appetitur: hoc patet per experientiaz ⁊ ex. j. Ethico. de beatitudine in generali. ⁊ ex io. de beatitudine in speciali. sed notuz est per rationem beatitudinem non posse esse nisi sempiternaz. ergo notum est per rationem naturalem hominem esse ordinatuz ad aliquam pfectionem sempiternam. ꝓbatio mi. Aug. li. iz. de tri. c. 8. ꝓbat illꝫ ꝓ rõnẽ sic. moriẽtẽ vita ipsa desit. si btã. aut ꝯ nolẽtẽ desit aut volẽtẽ aut neutrũ. si nolẽtẽ quõ est btã vita q̃ ita est in volũtate q̃ nõ sit in ptãte. si aũt volẽtẽ quomodo vita btã erat quã noluit q̃ hẽbat. si dicas neutrum nec nolle nec velle. sed nec illa btã est vita q̃ talis est vt quẽ beatũ faciat amore eius indigna sit.

Preterea nãliter notũ est qõ tota ispẽs nõ caret fine suo coiter ḡ illum in aliquo indiuiduo cõsequat. sed nãliter notũ est btitudinẽ esse finẽ spẽi humane. ergo ⁊ hoiem posse cõseq illã saltẽ in aliquo indiuiduo. sed nõ põt eã cõseq in vita ista ꝓpter multas miserias cõcomitãtes eam. puta varietas fortune ⁊ infirmitas corporis: impfectio scie ⁊ virtutis. ⁊ instabilitas ⁊ fatigatio in exercẽdo actus pfectos intrñ vt nulla opatio quã tũcũqz in pncipio est delectabilis possit ꝓtinue eẽ delectabilis. imo per eã fatigãdo delectabilis erit cessare ab ipsa ⁊ notũ est per rõnez nãlẽ opationẽ beatificã nõ esse fastidiosam nec põt baberi a sola aia separata: q̃ in hoc hõ nõ cõsegtur finẽ suũ. ergo habebit in alia vita a toto ꝓiuncto. ⁊ per ꝓns ad minus vz per rõnẽ naturalẽ concludi in ḡbus homo ad finẽ suum ptinget. Preterea per rõnẽ nãlem notũ est q̃ ois spẽs que est de integritate vniuersi est perpetua q̃ totũ integrũ est ꝑpetuum. sz homo est spẽs pfectissima saltẽ inter ista inferiora. sum⁹ enim quodãmodo finis oĩum. ⁊. phy. ergo ⁊c. Op. Aug. iz. tri. c. 9. loquẽs de vita imortali vel sempiterna. Hac ingt vtrũ careat humana nã nec parua questõ est. humanis qppe argumẽtationib⁹ hanc inuenire conãtes vix pauci magno ꝓditi ingenio vacãtes octo doctrinisqz subtilissimis eruditi ad indagãdaz solius aie imortalitatem puenire potuerũt. Jtez actj. 17. dicit õ ḡbusdã athenien sib⁹ audiẽtib⁹ paulũ q̃ dicebat nouoz demonioz videbat denũciatoz eẽ. q̃ iesum ⁊ resurrectionẽ annũciabat eis: ⁊ tñ illi athenienses erãt ꝓni multum vigẽtes rõe nãli. ꝑz de dyonisio puerso q̃ fuit vn⁹ eoz. ergo istud qõ videbat eis ita remotũ a veritate: nõ videt bñ esse notũ per rõnem naturalẽ. vñ ⁊ oĩa que adducit ibi paulus non sunt nisi quedã psuasiones. ꝑz ibi. Preterea Actj. 26. cũ diceret paulus. Si passibilis xps: si ꝓm⁹ ex resurrectione ⁊c. Festus magna voce dixit. Jnsanis paule.

Respondeo hoc manifestũ

est q̃ si ratio aliqua resurrectionẽ ostẽdit opz q̃ accipiatur ex aliquo qõ est ꝓpriũ hois: ita q̃ nõ cõueniat aliis corruptibilibus. hoc aũt nõ est mã etiã incorruptibilis nec forma aliq̃ destructibilis: q̃ et si talis sit in hoie ⁊ excellẽtioi oi forma bruti: tñ ex illa nõ põt sumi rõ sufficiens ad ꝓbandũ resurrectionẽ totius. ergo opz q̃ accipiat a forma specifica hois vel ab opatione cõueniente hoi ꝺm illam formã. Primo modo ꝓcedendo ex tribus ꝓpositionibus cõcludit ꝓmũ ꝓpositũ. ⁊ si ille oẽs rõne naturali eẽnt note haberem⁹ ꝓpositũ. Sunt autez ille. ꝓma. aĩa intellectiua est forma hois specifica. secũda. aĩa est incorruptibilis. ex gb⁹ segtur q̃ forma specifica hois sit incorruptibilis. addit tertia q̃ forma specifica hois nõ remanebit ꝑpetuo extra suũ corp⁹. Seqt ꝺ q̃ aliq̃ redibit idẽ. Jsta reditio iterata resurrectio vocat ꝺm Dam̃. li. 4. c. 9. Resurrectio est ei⁹ qõ dissolutum est. iterũ surrectio est. De istis ergo trib⁹ ꝓpõnib⁹ qualiter note sunt per ordinẽ videamus. De prima dicit q̃ est rõne nãli nota: qõ ostenditur dupl'r. Uno modo per auctoritates ꝓbor⁹ q̃ hoc asserebãt ⁊ nõ nisi rõne nãli moti. Uno mõ adducẽdo ibi rationes quasdã naturales ex q'bus istud cõcludit. De ꝑma aristo. diffinit aĩa mã. ⁊. de aia q̃ est act⁹ corporis physici ⁊c. ⁊ in pncipio tertii. de pte aũt aie qua cognoscit ⁊ sapit. vbi videt ponere aiam intellectiuã ptẽ saltẽ subiectiuã aie ꝑus diffinite in cõi. Preterea oẽs phi cõiter in diffinitiõe hominis posuerũt rõnale tanq̃z eius dẽiam ꝓpriã. ꝓ rõnale intelligentes aiam intellectiuã eẽ partẽ cẽntialẽ eius nec breuiter inuenit aliqs phs notabilis qui hoc negaz Iz ille maledict⁹ Auerois in fictione sua. 3. de aia: q̃ tñ non ẽ intelligibilis nec sibi nec alii ponat intellectum eẽ quãdã sbam separatã mediãtib⁹ fantasmatib⁹ nob cõiũgibilẽ. quã ꝓiunctionẽ nec ipse nec aliqs sequax ei⁹ adhuc potuit explicare. nec per illã cõiunctionẽ saluare homĩẽ intelligere. nã ꝺm ipsuz bõ formalr nõ eẽt nisi qõdam aial irrõnale excellẽs per quandã tñ aiam irrõalem ⁊ sensitiuã excellẽtioẽ aliis aialib⁹. Secũdo ad ꝓpositũ nõ inuenit faciliter rõ a ꝓori nec a posteriori ꝓpria nisi ex ꝓpria opatione bois. figdẽ forma innotescit ex opatione sicut materia ex trãsmutatione. Ex opatione ergo intelligẽdi arguit ꝓpositũ sic. Intellige re est ꝓpria opatio bois. ergo est a ꝓpria forma: sz egredit ab intellectiua. ergo intellectiua ẽ ꝓpria forma hois

Sed ista rõ patit instãtiã q̃: intellect⁹ ⁊ intelligẽ ꝺm eos se hnt passiue ⁊ nõ actiue. ergo illa ꝓpositio ꝓpria opatio est a ꝓpria forma nõ ꝑbat intellectiuam esse ꝓpriã formã. figdẽ ab ipsa nõ est ista opatio ꝺm eos. sed ab obiecto intelligibili vel a fantasmate. Jõ ex illa opinione formo rõnem aliter sic. Nõ intelligit formaliter ⁊ ꝓprie. ergo aia intellectiua est ꝓpria forma hois. añs videt satis eẽ manifestũ ꝺm auctoritatẽ phi. 3. de aia. ⁊. j. Ethi. q̃ intelligere ẽ ꝓpria opatio hois. opatio aũt vt distinguit cõtra actionẽ seu factionẽ: formalr inest ipsi opanti ⁊ nõ ab ipso in altero. ⁊ silr. io. eth. in intelligere ponit felicitatẽ hois. ⁊ manifestũ est q̃ illa felicitas iest formalr hoi. ḡ ⁊ illa opatio in qua cõsistit. Sed tenãdũ ẽ ꝑbare añs ꝑ rõnẽ ꝓtra ꝓteruũ si neget. ⁊ hoc itelligẽdo in añte intelligere ꝓprie acceptũ. per qõ intelligo actũ cognoscẽdi trãscendẽtẽ totũ genus cognitiois sentiue. ꝑbatur ḡ illud añs vno mõ sic. hõ cognoscit actu cognoscẽdi nõ organico. ergo intelligit ꝓprie. ꝓntia ꝑz ex rõne intellectionis iã posita. q̃ intellectio ꝓprie dcã ẽ cognitio trãscẽdens oẽ genus sensationis. ois aũt sẽsatõ ẽ cognitio organica ex. 2. de aia. añs huius entimematis ꝑbat q̃ oẽ organũ determinat ad certũ genus sensibilium ex. 2. de aia. ⁊ hoc iõ q̃ cõsistit in media ꝓportiõe extremoz illius generis. sed aliquã cognitionẽ expimur in nobis q̃ nõ cõpetit nobis ꝺm tale organñ q̃: tunc determinaret ꝓcise ad sensitiua determinati generis cuius opm expimur: q̃ cognoscim⁹ ꝑ talẽ actũ diam cuiusũ qz gnis sensibiliũ ad aliqd qõ nõ ẽ aliqd. illi⁹ gnis. ḡ cognoscimus vtrũqz extremũ. ꝑz illa ꝓntia ꝺm ꝑbum sic arguẽtẽ. 2. de aia. c. de sensu. cõi. Sz huic instatur. ꝓmo q̃ cognitio organica est que inest ꝺm determinataz ptẽ corpis. illa aũt de q̃ arguit q̃ ꝑ ipam distinguimus sensibilia a nõ sensibilib⁹ inest totaliter ꝓmo. ⁊ ideo non per aliquod organuz ꝓprie loquẽdo tamen non transcendit omne genus cognitionis sensitiue ꝺm perfectionem. quia inest primo toti. ⁊ per cõsequens ita est materiale sicut illud quod inest toti per partem. ita enim passio totius est materialis: sicut aliqd quod inest toti per partem. Secũdo negatur assumptũ q̃: ille actus nõ inest ꝺm aliquod organum q̃ inest ꝺm organum sane: cuius probatio est. q̃ illo leso impeditur cognitio. Nec ꝓbatio illa de determinatione organi ad certum genus cogit. q̃ sane extendit se ad omnia sensibilia. Sed secunda instantia exclusa est per quoddaz ibi tactum. scilicet q̃ per illum actum discernimus totum genus sensibilium ab aliquo extra totum illud genus. nec illa instantia q̃ impeditur ille actus leso organo sane concludit. hoc enim est propter ordinem potẽtiarum illarum

Ubi. ꝫ. q. 75. ar. 2.

Tho. vt ꝫ. q. 75. ar. 2.

Tho j. p. qꝫ. fu'. q. 76. ar. j.

Idē tbo. vr. ś. ar. 5.

ioperādo nō aūt quia itellectio exerceaf mediāte illoꝛ gano. Aliter probaf aīs pꝛincipale quia aliqua cogni tio immaterialis ieſt nobis nulla āt ſenſitiua pōt eſſe immālis. ergo ꝛc. Iſtud vocabulū imāle ē freqūs in vſu phi in ppoſito, ſed videf ambiguū. pōt. n. ad p poſitū tripliciter intelligi vel imālis: qꝛ incoꝛporea. ſ modo qꝛ nō opatur per partē coꝛporeā ꝛ oꝛganū. ꝛ tunc illud eſt idē cum ppōne iam poſita de nō oꝛganica. vel alio mō immālis qꝛ nullo mō extēſa ꝛ tē plus dicit q̄ non oꝛganica. etſi enim ois oꝛganica ſit extēſa qꝛ reci pit in extēſo, nō tn ſolū qꝛ ſi reciperef in toto compoſi to pmo cum illud ſit extēſum adhuc eēt operatio exten ſa. Tertio mō pōt intelligi immālitas eius in cōpara tione ad obiectū vt. ſ. reſpiciat oīm ſub rōibus immāli bus: vtpote inquantū abſtrahit ab his ꝛ nūc ꝛ huiuſ modi que dicunt cōditiones materiales. Si g̈ pba retur immālitas ſecūdo mō verius haberef ppoſitum q̄ ex pbatione eius pmo modo. ſed nō videf ſic poſſe pbari niſi ex cōditionibus obiecti qō reſpicit ille actꝰ niſi forte ex reflectione qꝛ experimur nos reflecti ſuper actū talis cognitionis. quātū aūt nō eſt ſup ſe reflexiū Et iō ab oīō huiꝰ actꝰ fit finaliꝛ pbatio huiꝰ aīātis.

Sed q̄ hi arguit ex quodā qđ p̄us dictū fuit eē dubium: iō arguit ex. 6. tanq̄m certo sic. sensitiua non pcipit p̄mo nisi qualitatē aliquā sensibilē. vñ. 2. de aīa phūs vt p̄cedat visionē aliquo modo esse pceptam a visu. dicit illam eē aliquo mō coloratā sed nec recipit spēm p̄o p̄riā nisi alicuius talis qualitatis: sed sensatio illa cui⁹ est recordatio nō pōt aliquo mō poni qualitas sensibilis: q̄ quecūq̄ sensatio vt colōris vel soni vel saporis eque pōt eē recordata. ḡ illa spēs regsita ad recordationem nō est sensus alicuius vt potētie receptiue. Preterea non opz ponere in parte sensitiua aliquā opatōez sensitiuā que nō pōt cōcludi eē in bruto. hoc ꝓbat q̄ in aliquo bruto pōt eē excellēs sensitiua quātū ad omnes actus quos experimur in nobis. sed ista recordatio ñ pōt cōcludi esse in bruto ex eius actib⁹. ꝓbatio mi. videm⁹ actus oēs brutoꝝ ex gb⁹ magis posset concludi vtpote q̄ videnf act⁹ prudētie vel ꝓuidentie vt patz de formica colligēte grana ad eūdem locū ⁊ tpe determīato. ſ. in estate. Silr act⁹ vindicandi vel. q. iustitie retributiue puta obsequēdi bñficialib⁹ ⁊ puniēdi offendētes videnf in brutis cōpetere eis: in quātū cognoscunt p̄teritū vt tale. Silr. 3. de actibus ptinētib⁹ ad conservationē speciei. vtpote de nidificatione auiū ⁊ nutritione pullorū ⁊ huiusmodi que nō videnf posse cōpetere eis nāliter absq̄ cognitione p̄teriti vt p̄teriti. Et. 4°. aliqua alia sunt disciplinabilia vt vult phūs de memoria ⁊ re. ⁊ de sensu ⁊ sen'to. q̄ nō est sine memoria p̄teriti vt p̄teritū ē. hault nia pñt sustineri sine recordatō ne p̄teriti vt p̄teriti. ergo nullus act⁹ bruti concludit illū actū inesse bruto. Minor istius ꝓbat discurrēdo p illos act⁹ de vniformitate īquātū ad locū ⁊ tp̄s. vt ꝟ in formica pōt saluari per solā apprehēsionē ⁊ retentionē speciei ei⁹ q̄. qđ est delectabilis sine apprehēsione preteriti vt p̄teritū. si .n. delectabil' fuit huic formice breponere granū: ⁊ illa spēs delectabilis que remanet in fan⁴ mouebit appetitū sensitiuū ad querēdum illud tā quā delectabile ⁊ ita de nouo ad vniēdū ad illū locuz q̄re aut in vno tpe recolligit ⁊ in alio nō opz dare rōnez ex parte siue cōplexionis quare est sibi delectabilis sic recolligere grana ⁊ sic non siue hoc imponat nāli industrie siue alii cāe saltē illud de tpe nō concludit recordationē q̄ formica hoc anno genita que nunq̄m p̄rius est expta penurīā hyemalem ita recolliget in estate ista grana sicut alia. io. annorum si tātū posset viuere: ergo ex recordatione preteritoꝝ nō ꝟ illū actū ꝓ tali tēpore. Si aut frequētatio eiusdē loci arguat ex ꝓterito. Insum est q̄ illa est ex delectabili p̄us apprehēso absq̄ apprehensione preteriti vt p̄teriti. Consilr ad secūdū de vindicta vel bñficiatiōe ab alī leso vel placato. breuiter dico q̄ fantasma delectabilis placētis vl' tristabilis offendētis impmit ⁊ semp impulsat appetitū sensitiuū ad motū cōformē illi obiecto vindicādi vel bñficiandi q̄n cessat saltē aliud delectabile vel tristabile p̄ns fortius mouēs. Et nō si tpe intermedio suspēdatur ista actio per aliud p̄ns in fine tp̄is statim illud fantasma mouet ⁊ segtur in appetitu sensitiuo motio ꝓportiona

ta isti obiecto que p̄us non sequebat q̄ erat impeditū ab alio obiecto fortius mouēte. nō est ergo h̄ apprehensio p̄teriti vt p̄teritū sed tm̄ eius qđ est preteritū cuius spēs manēs mouet ad vindictā vel grām cessante fortius alio mouēte. Consilr de. 3. q̄ delectabile iest bruꝝ bis vndecūq̄ saltē cām opz cōnicere intrinsecā ex complexione nūc taliter disposita vel alterata ad cōgregandum talia ⁊ talia ligna ad faciēdū nidū vel ad sic componendū. ⁊ illud nō est alias delectabile cōplexiōe nūc aliter se bñte ⁊ ex ista delectatione non aūt apprehēsione p̄teriti vt p̄teritū opant. Cuius ꝓbatio est q̄ si eēt aliqđ brutū ꝓpagatū i p̄rimo anno eque ꝓuideret sibi necessaria ad nidificationē sicut si eēt quotcūq̄ annorum ergo ex cognitione p̄teriti vt p̄teritū nō est ista nidificatio ⁊ concurrit cū p̄mo. Quātū aūt de disciplinato: facilius soluit ⁊ cōcurrit cū secūdo. soluit aūt per h̄ q̄ ex frequēti sensatione delectabilis ⁊ tristabilis cōiunctoꝝ impssum ē isti aīali fantasma delectabiliter. ⁊ h̄ mō q̄ quādocūq̄ monet vnū statim ex cōiunctōe mouet aliud. ergo quando cibus p̄ns mouet appetitū ad sumēdum statim fantasma virge percutiētis sil' mouet ⁊ per cōsequēs vt tristabile ad fugiēdum. ⁊ si ex magna frequētia imp̄mat fantasma huius vt valde tristabilis magis retrahit a delectabili q̄z delectabile alliciat ad seip̄m. Sustinendo tm̄ intētionē Aris. in illo libello q̄ memoria sit in ꝑte sensitiua. Pōt respōderi ad ista ⁊. q. dicēdo ea ad oppositū. p̄mū enim de pceptione tp̄is cōcedit ibi aris. dicēs q̄ p̄mo sensitiuo quo pcipimus magnitudinē pcipimus ⁊ tp̄s. nec obstat q̄ ē successiuū q̄ motus ē successiuus: ⁊ tm̄ motus ē per se sensibilis ex. 2. de aīa. nec obstat q̄ dicit numerus ga numerus est per se sensibilis ibidem. ⁊ in. 4. phyſic. c. de tempore. commento p̄mo. vult cōmētator q̄ si ꝑcipiatur solus motus fantasmatum percipitur tēpus sed istud posset exponi q̄ talis motus percipitur ab intellectu non a virtute fantastica. Ad aliud poterit dici q̄ aliquis sensus poterit recipere speciem actus sentiendi ⁊ speciem illam retinere trāseunte actu. ⁊ per cōsequens ꝑ illam pōt habere actum post tēpus: ⁊ ita recordari. Et cū obiicit de actu sup̄me potentie sensitiue. pōt negari q̄ recordatio actus eius non competit alicui sensui sicut nec sensui alii cōpetit recordari ꝓprii actus vt accipit ab augustino. 2° de libero arbitrio. c. 6.

Sed tm̄ hoc cōpetit superiori respectu actus inferioris sensitiue. Aliter posset dici ꝑm q̄ phūs videtur sentire 2° de anima: q̄ visus aliquo modo sentit se videre: quia visio est aliquo modo colorata: ⁊ ita posset concedi q̄ sensatio sup̄reme sensitiue continet quodāmodo subobiecto sup̄reme memoratiue. Et si arguas refleri onem illius sensitiue sup̄a se non magis cōcludit h̄ q̄z concludat contra aristo. de visu percipiente visionem.

Ad vltimum licet ꝓbabiliter possent actus brutorum saluari non ponendo memorationem ꝓprie in eis: sed solum imaginatiuā cognitiuam obiecti quod ē preteritū licet non vt preteritū: tamen ea que videm⁹ in actib⁹ eoꝝ facilius soluant ponēdo in eis memoriā

Secundo articulo p̄incipali videtur aristote. quedam dicere in illo libro: ex quibus concluditur memoria in parte intellectiua dicit enim quorundam intelligibilium memoramur: vt q̄ triāgulus habet tres equales duobus rectis ⁊ c. hic quidem quia dicit ⁊ fuit ſperulatus. Respondetur secundum cum ibidem q̄ memoria intelligibilium non est sine fantasmate. Contra, non ꝓpter hoc negandum memoriam esse in intellectu: sicut non negatur intelligere in in intellectu ⁊ tamen secundum ip̄sum ibi nō ītelligimus sine fantasmate. Aliter respōdetur q̄ in telligibiliū memoramur per accidens vñ dicit ibi loquēs de illo q̄ intellectio ꝟm accidēs erit supple mēoria ⁊ dam̄. vbi p̄ intelligibiliū sic dicimus memoramur sōdit aut ipsorum

Hē. q°
13. q. 7.

Idē hē.
ibidem.

memoriam non habemus. Contra quecūqz virtus cognoscit actum vt est obiecti aliquo modo cognoscit obiectum. sed hoc obiectum triangulum habere. 3. vt est verum demonstratū vel scitum potest intellect⁹ solus cognoscere ita q nullus sensus. ḡ nullus sēsus pōt cognoscere illū actū me speculatū fuisse triāgulū habere.

Preterea Arist. cōcedit ibi q reminiscētia soli boi est: ⁊ hoc vult Auic. vbi pus. c. 3. q ibi ē sola syllogizatio: ex hoc arguit dupl⁹: primo q cognitio ppria ipsū boi videt eē ipsius intellect⁹. 2° efficaci⁹ q cognitio per discursū syllogisticū ptinet ad solū intellectū hui⁹ē cognitio reminiscētie. nā reminiscēs discurrit a qbusdam notis ad illud qō aliqliter decidit cui⁹ vult recuperare recordationē ⁊ lz nō sit ibi syllogism⁹ q semp est ex p̄missis ad cōclonem. pcedit. pcedit enim ibi a cōtrariis vel a similib⁹ vel a qbuscūqz hūtibus ordinē aliquē in sentiri ad illud qō querimus nec talis collatio pōt cōpetere virtuti sensitiue vt videt. eidē aūt virtuti cōpetit discursus ⁊ cognitio terminās discursū. recordari aūt terminat illā discursū. ergo ⁊c. Contra illā rōnem obicit primo q Arist. dicit quosdā hūi reminiscitiuos quosdā male ppter diuersitatē organi: ergo reminiscitiua attribuit pti sensitiue. Preterea q remiscentia sit impossibilis adducit argumētū qō recitat themistius primo poste. de seruo fugitiuo: p qō pbat ip̄ossibile sit aliq d addiscere. q aut illud fuit p̄us scitū ⁊ ita n̄ addiscit. aut nō. ⁊ ita si occurrit intellectui nescit illud esse qō requirit. hoc qdē argumētū ibi nō hz euidētiā: q qcqd necessario inferē ex p̄missis necessarijs ex hoc ipso scit: nec oportet q sciā illud qō q̄situi scire qcqd potui inferre ex illis notis: sed in ppōsito hz difficultatez. arguit enim sic: aut ille perfecte oblit⁹ ē eius qō est. a. aut nō. si sic si per reminiscentiā possit redire ad memoriam eius nescit illud esse cuius recordationē quesiuit. ⁊ p cōsequēs non reminiscit q reminiscens recordatur alic⁹ de nouo vt p̄us memoratus: ⁊ post tpe intermedio obliti si nō est pfecte oblit⁹. a. ḡ nō pōt reminisci. a. Confirmat p̄mū membrū per auic. vbi p̄us. c. 3. desideriū recordandi in particulari nulli bruto inest: si enim ñ memorat memorari non desiderat. Similiter Christo. in li. illo vidit ponere memoriā ptinere ad virtutē fantasticā. dirit enī cuius. s. partis aīe memoria sit māi⁹ est q̄ ⁊ cui⁹ fantasia est illius ēt memoria est. ⁊ Dam̄. vbi p̄us. memoria est imaginatio derelicta a sensu hz actū. Ad intellectū illarū auctoritatū dico sicut p̄us dictū ē act⁹ recordādi hz dupler obm. s. primū ⁊ remotū. pteritio aūt q̄qz regritur in vtroqz obo vt obm ē. quādoqz in altero tm̄. sensus aūt q nō cognoscit obm suum nisi p̄m aliquā dispōnē quā hz dum sentit iuxta illō. 6. metha. abcūtib⁹ sensibilibus a sensu nō est palā vtrum sint an nō io nō pōt bēre recordationē act⁹ sui vt pteriti q ēt bēat obi sensati vt pteriti: q vt tm̄ mō sic se hūtis sicut sentiebat dū māsit act⁹ sentiēdi. intellect⁹ autē nō requirit pteritionē in vtroqz obo: sed tm̄ in primo: q enim act⁹ ei⁹ pōt eē alicuius vt ē necessariū sicut speculādi triāgulū habere. 3. iō actus recordinādi illū actū speculādi pōt bēre obm remotū nō vt pteritū. sed vt semp vniformiter se hūs. quātū ergo ad istā cōditionē respicere obiectū pteritū vt pteritū tā. s. remotū q̄z ppinquū ita q vtrūqz cognoscatur pcise ⁊ necessario vt pteritus memoria est necessario sensitiue nō aūt necessario intellectiue hz sic posset eē eius vt statim dicetur in solutiōe.

Ad aliud dico q memoria in pre sensitiua est sufficiens ad opandū sine intellectu vt p̄z in brutis. hz econuerso memoria intellectiua nō sufficit ad operādum sine memoria sensitiua sicut nec possum⁹ sine fantasma te intelligere. ideo nō dicebat Ari. boiem hūi ⁊ male memoratiuū q intellect⁹ eius hūi vel male cōseruet speciez alicuius p̄intellecti. sed q memoria ei⁹ sensitiua que cōcurrit cū intellectiua ēt ad recordationē intellectiuam ē hūi vel male retētiua. forte enim memoria intellectiua quecūqz semp cōseruat spēm sed non pōt in suum actum q̄ spēs delecta est memoria sensitiua sine qua illa non sufficit ad opandū. Hoc pbat p̄mo q receptū videtur eē in recipiēte per modū recipiētis. ⁊ per cōsequens cum intellect⁹ sit immālis ⁊ imutabilis ab his passionib⁹ corporalibus videt q spēs eius maneat indelebiliter. propter hoc enim Ari. tm̄ assignat labilitatē spēi in memoria sensitiua q organum sic vel sic patitur vel mouet.

Probat idem. 2. q quādo aliqs reminiscit oportet q bēat aliqd apud se manēs per qō illud eē sciat cui⁹ p̄us meminit ⁊ post oblitus est. vt argumentum p̄cedit de seruo fugitiuo. Illud aūt manēs nō pōt poni in parte sensitiua q illud est delatū saltē non remanet perfecte nec sufficienter ad actū recordādi. ergo p̄babile est q illud sit spēs in intellectu manēs pfecte. ⁊ sic recuperata specie in memoria sensitiua que aliqualit̄ decidit p collectionē ad spēm intelligibilē manētē: cognoscit illud oīm recordatū eē illud qō fuit p̄us memoraliter notū sic igit̄ p̄z q quātū ad p̄mitatē vel radicē seu sufficientiam ex se ad actum nō est memoria in parte intellectiua sed in sensitiua etiā in nobis.

Dico ergo quantū ad istum

articulū q in intellectiua est memoria ⁊ act⁹ recordādi ppie dict⁹. supposito enim q intellectus non tm̄ cognoscat vīa q̄ qdem verū est de intellectione abstracta de qua logitur pbs q sola illa ē scientifica sed ēt tuitiue cognoscat illa que sensus cognoscit q perfectior ⁊ superior cognoscitiua in eodē cognoscit illud qō inferior ⁊ etiam q cognoscit sensationes ⁊ vtrūqz. pbat per h̄ q cognoscit ppōnes cōtingenter veras ⁊ ex eis syllogizat. formare aūt ppōnes ⁊ syllogizare ppriū est intellectui. Illarū aūt veritas ē de obiectis vt intuitiue cognitis rōne. s. exītie sub qua cognoscūtur a sensu. segtur q in intellectu possint inueniri oēs conditiones p̄us necessario dicte pertinētes ad recordari p̄ciper. enim pōt tps ⁊ habere actū post tēpus: ⁊ sic de ceteris. ⁊ pōt breuiter recordari cuiuscūqz obiecti cuius pōt memoria sensitiua recordari: q pōt illum actū q est primū obiecti intuitiue cognoscere qñ est q ⁊ ita recordari posteqz fuit. pōt etiā recordari multoz obiectoz proximorū quorum nō pōt sensitiua recordari vtpote oīs intellectionis ⁊ voluntionis preterite. Nō enim taliū recordet hō pbatur: q alīs non posset penitere de malis volitionibus: nec preritā intelleitionē vt pteritā cōferre ad futurā. nec p cōsequēs ex eo q ista speculat⁹ est ordinare se ad speculandū alia sequētia ex istis: breuiter destruunt politie si intellectionū ⁊ volitionū pteritarū non recordant. Istarū aūt nō pōt aliqs sensus recordari q non cadūt sub obiecto alicuius sensus. ḡ illa recordatio est ppria intellectiua ⁊ hoc rōne obiecti primi. est etiā alia ppria non solum ratione obiecti primi sed remoti: vt recordatio q̄ tendit in necessariū vt necessariū vt in obiectū remotū cuiusmodi est recordatio hūs p obo remoto triāgulū bēre. 3 Nam obiectū primū recordationis. s. actus tendēs in tale obiectū non pōt eē nisi actus partis intellectiue.

Sic ergo p̄z q aliqua recordatio est propria intellectui ex rōne vtriusqz obiecti actus. s. tā primi q̄ remoti: aliqua ēt rōne obiecti primi est ita ppria intellectui q nō posset cōpetere sensui aliqua tamē ex ratione obiecti primi cōperit intellectui tamē potest competere sensui. vtpote si intellectus intuitiue intellexit me videre album. postea intellectus recordatur me vidisse albū hic quidem obiectus primum ⁊ remotū posset esse obiectum recordationis sensitiue. sed etiaz potest esse obiectum recordationis intellectiue. ⁊ est quandoqz sit collatio ex tali recordatione per discursum ad aliud syllogice concludendum. alicuius tamen sensitiue vtpote supreme sensatio preterita non potest esse obiectum

primū nisi trū recordationis intellectiue vt tactū ē in articulo p̄cedēti. nulla tū recordatio ptinet ad intellectū inquātū p̄cise abstractiue intelligēs. Nulla ēt ex hoc q̄ ptinet ad intellectū regrit duplice p̄teritionē. s. in vtro q̄z obo. nulla ēt ptinet ad intellectū tanq̄z p̄marie z radicaliter sufficiētē ad recordādū. et ꝓpter has tres conditiones vel aliquā earū intelligēde sunt vel exponēde oēs auctes Arī. z aliox negātiū in parte intellectiua memoriā. Nō enim obiicit cōtra secūdā rōnez in illo articulo que p̄cedit ex actu reminiscēdi ex hoc q̄ ꝑbus ponit reminiscitiuos z nō reminiscitiuos ex dispōne organi: pz ex dictis z spāliter ex tertia cōditione explicatū ē satz ē. Ad illud de seruo fugitiuo est solutū si verū est q̄ spēs intelligibilis in intellectu semp manet z sensitiua aliqualr perdita per collationē quādā vel vsum aliarū spērū silium recupatur pfecte. tūc enim scit istud nunc recordatū est illud qō ꝑus fuit scitū z post oblitū p spēz gescentē in intellectu. sicut si spēs petri nisi gesceat in ỹ tute fantastica lz nunq̄z vtar illa. postea tū occurrente petro visui statim cognosco ipm ee petrū per collatōez ad hāc notitiā intrinsecā ꝑm q̄ docet aug. 8. de tri. c. 5

Si aūt nihil poneret remanere in tali oblīuione per collationē ad qō posset sciri illud ee qō reminiscēdo q̄ rebat nō videt q̄ in fine posset sciri illud esse magis cōz de seruo fugitiuo ignoto. Ad aliud qō ponit habit⁹ fantasie saltē non habet ex hoc nisi de memoria sensitiua. q̄ enim p̄ter illā sit alia que est firmitas intellect⁹ in ꝑmo libro. pz vbi dicit sciam aut sensū cuius habitum dicim⁹ ee memoriā sciam ꝓ intellectu. sensū ꝓ fantasia cui⁹ ꝑus dixit memoriā ee habitū. Ista tū auctoritas q̄reret expōnē si poneret memoria sēsitiua distincta potētia sed nō est ad ꝓpm̄ h de hoc discutere. Nō adducit de dam̄. sbe ipsorū memoriā nō hēm⁹ verū ē vt obiectoz p̄teritoz z sic non est recordatio eoz q̄ regrit duplicem p̄teritionem.

Ad questionem ergo patet

q̄ cum in aīa ꝑiūcta sit aliq̄ memoria intellectiue illa remanet insepata. z per ꝑis notitia habitualis oiuz illoz que vsq̄z ad sepationē in ea māserūt. z per ꝑis pōt vti illis remanētib⁹ ad actū memorādi sicut posset vti ꝑiūcta. q: sicut dictū ē in p̄cedēti. q. oēs forme intellcūales z opationes ꝑsites que poterāt hēri a ꝑiūcta poterūt hēri a separata. memoria aūt sensitiua loquēdo de totali potētia nō manet insepata sicut nec aliqua potētia sensitiua. dixi aūt totali. q: etsi aīa sit illud qō ē formale in potētia sensitiua. tū pō sensitiua formalr includit formā quādā toti⁹ cōpositi ex corpore sic mixto z aīa p̄ficiēte ꝓportionalr ad actū cognōscēdē tali toti. per ꝑis cū recordatiuū sensitiue sit totius illō nō pōt cōpetere aīe separate. Breuiter g̃ oīum eoz quoz recordat ꝑiūcta pōt recordari separata. q: quozūcūq; fuit memoria sēsitiua eoz fuit intellectiua ꝓpter cognitionē intuitiuaz cōcomitātem oēm sensitiuā p̄ceptā sed nō oi recordatō ne pōt recordari separata cōz potuit cōiūcta. Si obiicit sola spēs in memoria intellectiua nō sufficiebat in anīa coniūcta ad recordādū sine alia in memoria sensitiua vt dictū in secūdo articulo. g̃ nec mō sufficit: q: nō ē mō pfectius cōz ꝑus. Consum est in p̄cedēti. q. in simili q: nec mō possumus vti specie intelligibili sine fan⁹: tūc autē poterimus nō ꝓpter nouā pfectionē sed q: nō est ibi illeordo illarū potētiarū in opando qui nunc est.

Ad argumenta principalia

Ad ꝑmū cōcedo in boie memoriam sensitiuā: sz ex hoc non segtur q̄ nulla sit in eo intellectiua. nō enī dz negari supiozi cognitine qō est pfectōnis i inferiozi. vñ si de⁹ posset hēre actū post tōs nec haberet vnū actū stātem in eternitate posset recordari. z sic scriptura cōcedit eū recordari. recordare dñe qd accidit nobis. qñ dicit trenoz 4° inquātū. s. ille actꝰ q̄ in se nō ēp⁹ tōs cōsiderat vt coexīs ꝑozi tpi z nūc isti. z sic erat quasi post tōs. angeli aūt q: nō oēs intellectiones habēt ꝓpetuas p̄nt absolute recordari. fatuū est enim dicere q̄ lucifer nō recordat se peccasse. nec boni angeli recordantur tales actꝰ intelligibiles habuisse. vel ēt aliqs exterioꝛ res circa coꝛpꝰ. Ad secūdū illa auctoritas loquit de intellectu vt hz intellectionē sciētificā q̄lis ē sola sciētia abstractiua z tū sic nō ē p̄cisa ex nā intellectus q: in illa intellectione abstractiua pōt intelligi singulare lz non mō a nobis de hoc alibi. Si obiicias potētia. nō cognoscēs singulare vt singulare non recordat. q: recoꝛdans cognoscit aliqd vt h̄ z nūc qō ē ꝓpriū singulari.

Ro exīntia actualis ꝑmo cōuenit nāe. vñ hec nā nō ē exīs formalr q: hic sed p nām: illā aūt nām vt exīntē ituitiue cognoscit intellect⁹: z ista cognitio exīntis vt exīntis sufficit ad hoc q̄ ei⁹ possit ee recordatio. Cū g̃ dicis potētia recordatiua cognoscit h̄ vt hoc. nego. tu ꝓbas cognoscit aliqd vt h̄. z nūc si intelligas p nūc exīs. z p h̄ in se pñs. cōcedo q̄ cognoscit aliqd vt in se pñtialiter exīs. z sic vltra h̄ z nūc sūt ꝓpria singularis ita q̄ non pñt ee nāe nisi vt singularis. dico q̄ lz nō sint aliquius nisi qō ē in singulare singularitate intrinseca vel adiūcta tū nō incidūt formalr nec per se. nec p̄suppositiue singularitatē tanq̄z p̄cisā rōnē ꝑm quā illa insūt. Ad tertiū dz vno mō q̄ bti recordant pctā cōmissa nec tū ē eis ad penā sed gaudēt ō miserecordia diuina remittēte. z de liberatione a pena. z ꝓbat hoc per illō ꝑs. Misericordias dñi. vbi greg. quō in eternū mīas dñi canūt q̄ miserie nō meminerūt. Contra lz hoc qō ē de ꝝ remittere pctū petro includat petrū peccasse. tū ista sunt simpliciter distincta intelligibilia. nec sequit eludit ꝑmū inesse: pz q̄ petrus peccauit nec q̄ ꝑis in intelligi. g̃ possibile ē intellectū petri sistere sic peccasse: absq̄z hoc q̄ cōsideret deū remisisse illa pctā. z q̄z ꝓtē das q̄ nunq̄z sit vn⁹ act⁹ sine alio in petro. tū saltē sē duo oba z distincte intellectiones z ēt intellectio ei⁹ qō ē petrū peccasse ē ꝑmā: q̄ro g̃ hāc recordationē qua se peccasse recordat q̄s actꝰ volūtatis segtur. aut velle siue complacere: aut nolle siue displicere. aut nullus nec placet: nec displicet. si ꝑmū petr⁹ malus ē q: cōplacet i pctō qō cōmisit. si scōm miser est q: nolitū euenisse qō scit euenisse cāt tristitiā p aug. 14. de trini. c. 5. Tristitia ē ex illis reb⁹ q̄ nobis nolētib⁹ acciderūt si necz sic necz sic iterū malus. si. n. viator nō pōt cōpleta deliberatione recordari pctī suū cōmissū q̄n detestet vel displiceat. aliq̄n peccat ad minus obmittēdo. quāto magis ad hoc tenet btūs. rō enim cōis magis ligat btīm cōz viatorē q̄ ē pfecta dei dilectio q̄ semp ipellit ad odiēdū illō qō ē ꝑ deū q̄n actu cognoscit vel cogitat. Nō ēt adducit de ꝑs. z ex hoc arguit miam nō canit q̄ miserie nō meminit. Ro in vtī meminit miserie nō in ꝑticulari q: scit iā se ee btīm. Dico tū q̄ possibile ē totaliter deleri a memoria btī petrū qō ipse cōmisit nec in hoc derogat btō imo vī ad btitudinē accītalē eius. si enim innocens gaudebit de innocētia ꝑpāli gaudio vt tactū ē. ꝑ. di. j. q. 6 ar. j. lz ille nō possit gaudere de innocētia sua q: tūc esset ei⁹ falsū gaudiū: tū pōt nocētia de ei⁹ memoria deleri vt de illa nō hēat aliquā mām tristitie. pōt ēt de⁹ stātē memoria bituali pctī cōmissi ꝑseruare pctīm ne vnquā exeat in actū ꝑsiderandi se illud cōmisisse. z hoc iterū sufficeret ad excludēdū occasionē primā tristitie lz non rēotā. nec ꝓuatio talis notitie habitualis vel actualis faceret eū in aliquo impfectū: q: ꝑm ꝑbm. 12. meta. quozūdam obliuisci vt turpiū melius ē cōz reminisci qō maxime verum est loquēdo de illo qui turpe cōmisit cui penale est reminisci: z scriptura dicit deū oblīuisci peccatoz z ea esse deo tecta q̄ lz opoꝛteat exponere ꝓpter infinitatē intellectionis diuine quā nullū cognoscibile positiuū vel ꝓuatiuz pōt subterfugere: tū q̄ realiter sint

Ric. di. 43. q̄rti ar. 7. q. j

abscondita vel oblita illis q cõmiserũt nullũ incõueniens eẽt. Si hoc nõ placet sed q semp remanebit i eis memoria habitualis pctõx: ꝛ qñqz eribũt in actualẽ recordationẽ: tũc ad vitãdũ tristitiã dicẽdũ est q vel deus suspẽdat cãlitatẽ illã quã recordatio nacta eẽt habz respectu tristitie. ꝛ hoc qdẽ possibile est sicut suspendit nãlẽ actionẽ ignis respectu puerox in camino. sed tũc erit miraculũ quotiẽs recordant q nõ tristent. vel si fugit miraculũ opz dicere q cã nãlis põt impediri ꝛium excellẽs ne causet effectũ. ꝛ maxime qñ cõtrariũ totaliter replet capacitatẽ passi: ita in ꝓposito. gaudiuz de obiecto btifico replet totaliter capacitatẽ beati. ꝛ iõ non est capax tristitie que nata eẽt cõsequi illã recordationẽ. Vincit enim illud obiectũ in cãndo gaudiũ virtutẽ illius recordationis in cãndo tristitiã. qz ꝑm Aris. 7. ethi. delectatio vehemẽs excludit quãcũqz tristitiã nõ solũ cõtrariã sed ẽt cõtingẽtẽ. Contra hz nolle respectu istius recordati. ergo non habet qcquid vult. igitur nõ est btũs ex. iz. de tri. c. 5. Rndeo beatus hz quicquid vult de pñti vel de futuro, de ꝓterito aũt quicqd vult hoc est velle non fuisse non habet nec h arguit miseriam qz impossibile est ꝓteritũ non fuisse.

Ltimo quero vtrũ bti cognoscãt oꝛones quas offerim⁹ q non Esa. 63. abrahã nescivit nos et israel ignorauit. ꝛ Iero. ibi quere in originali. ibi dicit q mortui nesciũt ẽt sancti qd agãt ẽt filii. Preterea deus solus novit secreta. oratio mẽtalis que maxime est deo accepta est huiusmodi. ergo ꝛc. Preterta nõ opz eas nosse nisi ad hoc vt oꝛẽt ꝓ nobis: sed cõsequẽs est incõueniens qz nõ sunt in statu meriti. ergo nõ pñt orare qz in oratione per se cõsistit meritũ. Contra hoc est vnus errox quẽ tangit Iero. in epla ad vigilãtium.

Hic tria sunt videnda primo si btũs naturali cognitione novit oꝛones nostras. secũdo si cognitione supnaturali. tertio si cognoscẽs ꝓ nobis oꝛet. De ꝓmo est tractũ in solutione secũde. q. huius di. qualiter aia separata põt acgrere notitiam non solũ abstractiuã sed etiã intuitiuã. nõ solũ sensibiliũ, sicut põt cõiuncta: seꝺ etiã quoꝛũcũqz intelligibilium ꝓportionatox ꝛ ꝓportionaliter ꝓsentiũ. ꝓportionatũ est sibi qõcũqz intelligibile creatũ. ergo oratonem siue vocalẽ quam ꝛ cõiuncta posset nosse per sensus coꝛporis siue mẽtalẽ que tũc erit sibi ꝓportionata põt tũc intuitiue nosse si tñ imoderata distãtia non impediat de q̃ tactũ est. q. j. ꝛ. 2. Nec valet q intellectus actũ suum ꝓꝛiũ hz occultũ cuicũqz creature ꝛ actũ voluntatis pari rõne occultũ: qz h̃ sunt intima creature. ꝛ per ꝓseqns nihil potest ita nosse nisi qõ est intimũ creature tale est solus deus qui illabit. Hoc nõ cõcludit qz manifestum est q oẽm actũ volũtatis mee põt intellect⁹ meus nosse. sed intellectus alius perfectioꝛ creatus põt in illud obiectũ in qõ põt intellectus meus si non impediat determinatus oꝛdo ad alia intelligibilia. nec deest tus ꝓportionate pñtie intellectus aũt separatus eq̃ pfectus est sicut intellectus cõiunctus vel perfectioꝛ. et non determinat ex aliquo oꝛdine ad nõ cognoscẽdum opationes alterius intellectus vel volũtatis nec ꝓsentia requisita necessario deficit qz põt eẽ sine illapsu allogn enim angelus nullaz possent hẽre pñtiam ꝺbi tam respectu alterius a se cuz nulli illabat qz hoc repugnat creature. Nõ ergo dicis talẽ opationẽ eẽ intimaz Rndeo intimioꝛ est sibi eẽntia q̃ operatio ꝛ tñ intellect⁹ alius separatus põt eẽntiam illaz intelligere. nec valet hoc est intimuz inherẽdo. vel qõ plus est idẽ in eẽndo. ergo nihil cognoscit illud intimũ nisi per illapsũ. immo rõ videt ꝓcedere. q. extrinseca rei magis possint cognosci ab intellectu separato q̃z sua spũalia intrinseca. qõ nõ est verũ imo magis ꝓportionatũ est obiectuz intellectui separato eẽntia rei intelligibilis vel opatio intrinseca q̃z aliqõ sensibile qz intellectui puro purũ itelligibile est magis ꝓportionatũ intelligibile dũ tamẽ sit finitũ. Si obiicias intellectus separat⁹ ꝛ intellectus ꝓiũct⁹ habẽt idẽ obiectũ ꝑmũ. sub obiecto aũt primo intellectus cõiũcti non cõtinetur opatio ergo nec sb̃ obiecto intellectus separati. Rndeo. dictũ est alibi: q generalius est obiectũ primũ intellectus vt est talis potẽtia q̃ obiectũ ꝑmũ motiuũ eius ꝓ statu isto ꝛ sb̃ obiecto ꝑmo modo accepto ꝓtinetur quodcũqz ens creatum. nõ aũt sub obiecto secũdo modo. ꝛ rõ est qz nunc determinate mouet a sensibilib⁹ vel ab his que abstrahuntur ab his ꝓpter oꝛdinẽ imediatũ ad fantasticam virtutẽ que tunc nõ erit. ꝑmo ergo modo accipiẽdo obiectuz ꝑmum. maioꝛ est vera ꝛ minoꝛ falsa. secũdo mõ minoꝛ vera ꝛ maioꝛ falsa.

De secundo articulo dico

q non est necesse et rõne beatitudinis q beatus videat oꝛationes nr̃as neqz regulariter siue vniuersaliter in verbo qz nõ est in verboqz nõ est aliqd quasi necessario sequela beatitudinis: neqz q reuelent qz neqz talis reuelatio necessario segtur beatitudinẽ. beatitudo enim intellectus in obiectis creatis non trãscendit qdditates seu illa quoꝛ eẽntia visa est necessaria ratio videdi: tñ qz cõgruum est btñ eẽ coadiut oꝛẽ dei in ꝓcurando salutẽ electi. vel ꝓcurãdo eũ ad salutẽ eo modo quo hoc sibi põt cõpetere ꝛ ad istud regrit sibi reuelari oꝛationes nr̃as spãliter offerunt qz ille spãliter inuitunt meritũ ei⁹ tanq̃ mediatoris ꝓducẽtis ad salutẽ que petit. ideo ꝓbabile est q deus beatis reuelat de oꝛonibus sibi vt ꝺo in nomine eius oblatis.

De tertio articulo videtur

dubium qz si reuelat eis talem petere per cos salutem aut aliqd ptinens ad salutem. aut vident deuz talẽ velle saluari aut nolle. aut nõ velle. si velle: ergo sciunt q saluabitur. frustra ergo oꝛant si nolle nõ oꝛabũt ꝓ aliquo nolito ipsi deo. si non velle sciũt qõ non eueniet. ergo frustra oꝛarent. Rspõdeo beatum oꝛare ꝓ aliquo põt intelligi vel oꝛone habituali vel actuali. ꝛ loquoꝛ h̃ tñ de oꝛone mẽtali q̃ ẽ desi^m obla^mõ ea intẽtione vt ꝛab ꝑso habeat optatũ. si de habituali illa est perpetua generalis ꝓ omnibus electis sed de ista non est difficultas. Si de actuali. istam habet aliqs sanctus speciali ter quando sibi reuelatur aliquẽ ipsum actu invocare: quia ratiõale est vt velit merita sua illi valere ad salutẽ qui deum specialiter invocat sibi per illa merita subvenire. illa autem oratio non repugnat beatitudini quia bene potest aliquis perfectionem summam adeptus velle vt per sua merita per que ad illam perfectionem attingit alius per suam oꝛationem attingat ita vt sua merita non sibi soli sint ꝓpꝛia: sed alii de beneficio dei acceptantis valeant: sicut posset aliquis summum gradum adeptus in amicitiam regis per aliqua obsequia velle post oꝛare ꝓ aliis non vt ꝓ oꝛonẽ huiusmõi ad maioꝛẽ graduz amici attingat hz vt ꝑ illa merita ꝑq̃ attingit ad talem gradũ alius ad huius merita recurrentibus succurrant. ꝛ hoc suppoſita liberalitate regis acceptantis illa non tãtum ꝓ illo sed ꝓ aliis ex liberalitate sua qua ꝓ minoꝛi bono retribuit. non tñ maius bonum sed etiam plura bona dum tamen per nouum actum voluntatis plures illud bonum applicent ꝛ faciant. q. suum. Cum arguis beatus aut videt deum velle aut nolle. Respondeo nullũ membꝛum opz dare ne dum de salute finali illius qui oꝛat. hz nec de exauditione illius oꝛationis quaz nunc offert. nõ. n

ſegr̃ de⁹ reuelat petro Jo. nũc petere. a. p̃ merita petri ergo reuelak̃ Petro Jo. ſaluãdum vel non ſaluãduz. nec etiam ſequitur. ergo ſibi reuelat Joãnem eraudiendum vel non eraudiendum in iſta petitione. tamen eſto q̃ reuelaretur ſibi iſtum eraudiendum vel non eraudiendum in iſta petitione. non ſequitur. ergo frustra orat. quia ſicut deus vult illum ſaluare ⁊ excludere. ita vult p̃ determinata me⁹ vtpote p̃ oꝛonẽ talis bti ipm cõſequi ſi aũt reuelek̃ petro determinate q̃ de⁹ nollet illã oꝛonẽ eraudire. petrus nõ eẽt ibi mediatoꝛi oꝛãdo. Si vo nõ reuelak̃ ſibi q̃ velit nec q̃ nollit petr⁹ oꝛat expectãs vt oꝛonẽ ſuã p̃ſegr̃ determinata reuela⁹ eraudi tiõis vel ſaltẽ determinatus effectus eraudiciõis ẽxtũ ad ipm petentẽ.

Ad argumẽta p̃ncipalia ad p̃mũ dico q̃ abꝛaam ptpe p̃ quo itelligit illud eſa. fuit in libo. ⁊ p̃ p̃ns nõ beat⁹. Et iõ neſciuit filios ſuos iudeos bitãtes in terra iſrl̃ qꝛ nec notitia nãli intuitiua que impediꝛ p̃i moderatã diſtantiã: ſicut eſt dictuz in p̃ma. q. nec noti tiã reuelatiõis ſp̃ualis. qꝛ nõ fuit illã viſionem in vbo quã p̃comitak̃ regulariꝛ talis reuelatio. nõ ẽ ꝓcludit õ btis quib⁹ in vbo regulariter reuelanꝛ que ad eos ſpe etãt. vel tãẽ beatitudinẽ eoꝛũ augẽs vel tãẽ pertinẽs ad cãlitatẽ eoꝛ reſpectu btitudinis alioꝛ. Ad ⁊ᵐ dico q̃ nihil ẽ in mente operatio. ſ. quecũq̃ intellect⁹ vel volũtatis vel quecũq̃ ꝓꝛietas vel cõditio realis h⁹ vel iſti⁹ quin totũ ita pateat angelo ꝓportionaliꝛ p̃ñti. ſicut aie ꝓiuncte apparet albedo p̃ñs per ſenſus. illud ẽ dictũ q̃ ſolus deus nouit abſcondita coꝛdiũ. vum eſt vlr ⁊ er ꝓꝛia pfectiõe ita q̃ ipoſſibile eſt q̃ aliqd im pediẽs ſibi lateat. nouit ẽt vt iudex vlis oĩum talium occultoꝛ i⁹ mõ nec ãgeli boni nec mali aie ſepate nouerũt imo defcõ beati multos tales mot⁹ nõ nouerũt. p pter defectũ p̃n⁹ debite. mali ãt multa talia ẽt p̃ñtia p poꝛtionaliꝛ nõ noueꝛt deo impediẽte. pp cui⁹ impedimen tũ nõ p̃nt multa q̃ tũ nõ ipediti naturaliꝛ poſſent. Ad ⁊ᵐ dico q̃ oꝛo nr̃a nũc duplicẽ hz effectũ: vnũ qꝛ meri toꝛia ẽ oꝛãti imo op⁹ valde meritoꝛiũ aliũ qꝛ ex hoc q̃ ſpecialiꝛ dirigiꝛ p̃ alio meritoꝛia ẽ illi p̃ quo offerꝛ. ⁊ h⁹ modo beati non habent oꝛationem. ſed ſecundo modo nec eſt inconueniens aliquẽ qui iã eſt in termio quo ad ſe per oꝛonẽ mereri alteri. ſicut videmus in iſtis po liciis vbi rex illud q̃ vult dare vult tũ per interceſſionẽ alicuius dare alicui qui nõ eẽt dign⁹ ſtatim eraudiri marime vult ſi aliqs apud eũ marime acceptum intercedat qui tũ accept⁹ nullũ gradũ vlteriorẽ amici ti e ſibi mereꝛek̃. Aliter poſſet dici breuiter ⁊. q. redit in idẽ q̃ ſicut impetrat btũs aliis non ſibi ita cauſat meritum aliis ⁊ non ſibi. oratio enim ſua eſt diſpoſitio de cõgruo vt ꝓpter eam deus concedat illud q̃ im petrat illi cui petit. ⁊ ita eſt meritum non iſtius p̃o ſe ſed p̃o illo cui reddiꝛ q̃ huic merito. q. p̃ premio p̃o ximo coꝛreſpondet.

Iſta eſt diſtinctio quadrage

ſima nta huius ãrti libꝛi. In q̃ magr̃ poſtq̃ oñſum eſt de his que ad reſurrectionẽ ptinẽt. Hic determinat de his q̃ ptinẽt ad reſurgentiũ remuneratiõnẽ ⁊ punitio nem. Et circa hoc tria facit. Primo enim oñdit quo modo aie ẽxcito a coꝛporibus ſeparanꝛ. habitaculiſ iur ta ſua merita vel demerita reddanꝛ. Secũdo quõ de funetis erege viuoꝛũ p̃o eis facte ſuffraganꝛ. Tertio i quirit vtrũ bti in patria p̃o nobis depꝛecenꝛ. Primum facit vſq̃ ibi. De ſuffragiis defunctoꝛ. Scõm vſq̃ ibi. Sed forte queris. Tertiũ vſq̃ ad finẽ diſt. In ſpã li ſnia magr̃iſtat in tribus ꝓpõnibus quarũ p̃ma ẽ hec. Quãcito aie in morte a ſuis coꝛporib⁹ ſeparanꝛ mor p modo ſuoꝛ meritoꝛ diuerſis habitaculis reddenꝛ Hãc magr̃ ponẽs dicit q̃ aie defũctoꝛ iuxta ſua meri ta diuerſis habitaculis reddenꝛ vſq̃ ad diẽ iudicij. Poſt iudiciũ vo earũ pena vel glia augebiꝛ. qõ auctoritate. b. Aug. pbat. Ex̃ infero q̃ ſicut facta reſurrecti one pena maloꝛ augeꝛ: ita gloria ſeu btoꝛ gaudiũ pluſ pficieꝛ. Secũda ꝓpõ eſt hec. Illi de orationib⁹ ⁊ elemo ſynis eccl̃ie illic hũc ꝓfectũ recipiũt qꝛ hic talia vt eis pfecerũt meruerũt. Hanc magr̃ inſinuãs dicit moꝛ tuos viuoꝛ ſuffragiis iuuari ſi tũ hoc meruerũt dũ vi uerent. Poſtea ſubdit q̃ iſta que hic p̃ defunctis fre quẽtat eccleſia mediocriter malis ſuffraganꝛ ad pene mitigationẽ ⁊ mediocriter bonis ad pene ſolutionem Et facta p̃o valde bonis q̃ ſuffragiis nõ indigent ſũt gr̃arũ actiones ⁊ facta p̃o ſũme malis: qui iuuari non p̃nt ẽxuis nõ ſunt eis adiumẽta: ſunt tñ ad viuẽtiũ con ſolationẽ q̃ auctoꝛitate bti Aug. cõfirmat. Poſtea di cit q̃ põpe que fiunt in obſequis ſunt ad viuoꝛ ſolaciuz. non ad moꝛtuoꝛ ſuffragiũ laudabile tñ eſt cira moꝛtuoꝛũ ſepulturã curã impẽdere. Poſtea mouet queſtiõez de diuite ⁊ pauꝛe quoꝛ vterq̃ cũ ſit mediocriter bon⁹ ſuffragiis indiget. ⁊ ambo pariter poſt moꝛtẽ meruerꝛt iuuari ⁊ p̃ diuite fiũt multa ſuffragia gnãlia ⁊ ſp̃alia. p̃ pauꝛe vo tñ generalia. vtrũ iuuek̃ pauꝛ pauciozib⁹ ſuffragiis quãtum diues ampliozib⁹. Et videk̃ q̃ ſic eo q̃ vterq̃ meruit iuuari ⁊ equaliter boni fuerũt. Con trariũ ãt videk̃ qꝛ alꝛs nihil ꝓferꝛẽt ſp̃alia ſuffragia diui ti p̃ eo fcã. Et rñdet magr̃ q̃ tñ valẽt pauꝛi ſola gnã lia ſuffragia ẽxtũ diuiti gnãlia ⁊ ſp̃alia ſuffragia. ⁊ tñ p̃ fuerũt ſp̃alia ſuffragia diuiti nõ ad aliud vel ad maiuſ aliqd ſed ad idẽ ad qõ generalia vt ex pluribus cauſis vnũ peꝛeꝛek̃ emolumẽtũ. Vel põt dici illa plura ſuffra gia diuiti cõtuliſſe celeriozẽ abſoꝛonẽ ⁊ nõ pleniozem. Poſtea ꝯrit de illo q̃ ſuffragiis indiget ⁊ moꝛiatur in ipſa cõſummatione ſeculi q̃ vlteri⁹ ſuffragia impẽdi nõ poterũt. vtrũ talis ſaluabiꝛ. Et rñdet q̃ talis per ignez tũc futurũ ⁊ poꝛones celeſtis eccl̃ie ſaluabiꝛ. Tertia p̃ poſitio ẽ hec. Angeli oꝛones nr̃as deo offerũt. ⁊ ea que hic apud nos agunꝛ recognoſcũt. Hãc magr̃ inſinuãs querit. vtrũ ſci p̃ces nr̃as ⁊ vota ſibi poꝛrecta audiant ⁊ ſciãt. Et rñdet q̃ angeli ⁊ ſci diuinã faciẽ videntes ea q̃ apud nos gerunꝛ cognoſcũt quantũ ad coꝛ gaudium ptinet ⁊ nr̃m auxiliũ. vnde ⁊ angeli dicunꝛ oꝛationes noſtras ſemp̃ offerre deo. nõ tamẽ deũ inſtruẽtes ſed quid circa nos agendũ ſit ad eius veritatẽ ducentes. vnde p̃eces noſtre dicunꝛ eraudite quãdo celeſti curie earum eraudicio innoteſcit ſen earum euentus futur⁹ manifeſtatur. Et rñ in ſpeciali.

Si valde malis detur mitigatio pene.

8 Ed queritur hic d valde malis vtrũ ⁊ ipſi in. ali qua penarum mitigatione di miſericoꝛdiam ſentiant vt mi nus quã meruerint puniantur Di. 46

Quidam autumant eos nullam reuelationẽ pene habituros. quod confirmant iacobi au ctoꝛitate dicentis. Judicium ſine miſericoꝛ dia fiet illi qui non fecit miſericoꝛdiam. Aug. etiam ait: Miſericoꝛdia hic. iudicium in fu turo. Idem diſtinguens quomodo omnes vie dñi ſint miſericoꝛdia ⁊ veritas ait. Er ga ſanctos omnes vie dei miſericoꝛdia. erga iniquos omnes veritas qꝛ ⁊ in iudicãdo ſub uenit ⁊ ita non deeſt miſericoꝛdia: ⁊ in miſerã do id exhibz q̃ p̃miſit ne deſit veritaſ. Erga oẽs ãũt quos liberat ⁊ damnat oẽs. vie ſunt Aug. ſr octõariũ

misericordia et veritas. qz vbi non miseretur vindicte veritas datur. Dicens vbi non miseretur dat intelligi aliquid a dō fieri vbi ipse non miseretur. Sed his occurrit quod ait cassiodorus super psal. I. loquēs de misericordia ⁊ pietate dei. De due inquit res iudicio dei sē per adiunctē sunt. Ergo ⁊ in punitione malorum non est iustitia sine misericordia Idē de iudicio ⁊ misericordia ait. Hec duo mutua societate sibi iunguntur. In his breuiter omnia opera dei includit. Augu. quoq; respondens illis qui reproborum supplicia finem habitura contendunt. ita illorum repellit opinionez asserens reprobos perpetuo puniendos vt eorum supplicia mitigari aliquatenus nō neget Frustra inquit nonnulli eternam damnādorum penam ⁊ cruciatus sine intermissiōe perpetuos humano miserentur affectu. atq; ita futurum esse non credunt. Non quidez scripturis aduersando diuinis. sed pro suo motu dura queq; molliendo ⁊ in leuiorem flectendo sētentiam que putant in eis terribilius esse dcā quā verius. Non enim inquiunt obliuiscetur misereri deus aut cōtineat in ira sua misericordias suas. Hoc quidem in psalterio legitur. sed de his intelligitur qui sūt vasa misericordie. qz ⁊ ipsi non pro meritis suis sed deo miserāte de miseria liberātur. Aut si hoc ad omnes estimāt pertinere. non ideo necesse est vt damnationem opinentur finiri posse eorum de quibus dictum est. Ibunt hii in supplicium eternum. De hoc modo putetur habitura finem felicitas eorum de quibus econtrario dictum est. Justi autem in vitam eternā. Sed penas damnatorum certis temporibus estiment: si hoc satis placet: aliquatenus mitigari. Et sic quippe intelligi potest manere ira dei in illis. idest ipsa damnatio. Hec enim vocatur ira dei non diuini animi perturbatio vt in ira sua. i. manēte ira sua non contineat miserationes suas non eterno supplitio finez dando. sed leuamen adhibendo vel interponēdo cruciatibus qz nec psalmus ait ad finiēdā irazz suam vel post iram suam sed in ira sua. Que si sola esset alienari a regno dei ⁊ carere magna multitudine dulcedinis dei tam grandis tamen est pena vt ei possint nulla tormenta que nouimus comparari si illa sit eterna. ista autez sit quālibet multis seculis lōga. Manebit ergo sine fine, mors perpetua damnatorum. Et ipsa omnibus erit cōmunis sicut manebit cōmuniter omnium vita eterna sctorum. Ecce ita asserit hic penas reproborum non eē finiēdas. quod non improbat si dicatur eorū supplicio aliquod leuamen adhiberi. Unde non incongrue dici potest deum ⁊ si iuste id possit non omnino tantum punire malos in futuro quantum meruerunt. sed eis aliquid quantū cūq; mali sint de pena relaxare.

Aug. in ench. ꝯ illos q̄ affert maiorz cruciat' innumandos

Determinat premissas auctoritates.

Quod ergo dictum est iu/ dicium sine misericordia fieri illi qui non fecit misericordiaz ita intelligi potest. Quod iudicium damnationis fiet illi qui non fecit misericordiam pro eo q̄ fuit sine misericordia vel fiet iudicium et sine misericordia liberante et saluante. qui tamen in aliqua pene alleuiatiōe misericordiam dei sentiet. Ita cū dicitur misericordia hic iudicium in futuro. nō negatur quin in futuro sit misericordie effectus ⁊ in electis qui per misericordiā ab oi miseria liberabūtur ⁊ in reprobis qui minus quā meruerit cruciabūtur. Sed hic non sine cā dicitur fieri dei misericordia ⁊ iudiciū in futuro. qz ⁊ hic multis modis miseretur deus quibus nō miserebitur tunc. Vocat enī deus nūc pctōres ⁊ iustificat. quod tunc non faciet. ⁊ tūc reddet singulis secūdum merita sua, manifeste iudicabit qui nunc occulte iudicat. Cuius occultum iudiciū vt ait Aug. intelligitur pena qua quisq; vel exercetur, ad purgationez. vel mouetur ad conuersionem. vel si contemnit excecatur ad damnationem. Occultum ergo iudicium dei pena dicitur qua iudicat purgando cōuertendo vel excecando. Judicia quoq; dei interdum appellantur dispensationes eius de omnibus rebus. Unde. Quam comprehensibilia sunt iudicia eius ⁊ iudicia eius abyssus multa. Judicium autem in quo futuro iudicabit. intelligitur sentētia iudicis qua ventilabitur area. i. diuidentur localiter boni a malis ministerio angelorum ⁊ isti in vitam ducentur. illi in suppliciū mittētur qui nūc sil' mixti sunt.

De occlto iudi° Augu°. ſi ꝑs. 3.

De finis iudicis.

De iustitia ⁊ misericordia dei.

Sed quomodo iustitiā dei ⁊ pietatem. i. misericordiam supra cassiodor9 duas ēē res dixit que semper adiuncte sunt iudicio dei. Justitia enim dei ⁊ misericordia nō due res sunt sed vna res. i. vna diuina eēntia est sicut supra pluribus auctoritatibus ostēsum est. Quia non est deo aliud eē misericordem: quā misericordiam. nec iustum quā iustitiam sed idem prorsus. Nec aliud est ei eē misericordem quā iustum. vel misericordiā quā iustitiam sed omnino idem qz non denominatiue sed eēntialiter hec de deo dicuntur. Cur ergo dicit scriptura de operibus dei quedam eē misericordie quedam iustitie. Si enim iustitia dei misericordia est quecūq; sunt opera misericordie eē videntur iustitie ⁊ econuerso His responderi potest sic illis locutiōib9 quibus huiusmodi operū fiūt distinctiones. vt alia misericordie. alia iustitie. alia bonitati attribuantur non diuersitas subiacentis. idest rei his vocabulis significate exprimitur. sed varietas sensuum ⁊ effectuum in creaturis

De opib' iusti' ⁊ mīe di ⁊ bōitat

Rūſlo.

monstratur. Cum enim dicitur deus iustus vel iustitia essentia diuina predicatur. ⁊ etiaꝫ ꝙ ipse sit distributor ⁊ iudex meritorum intelligi datur. Ita ⁊ cum dicitur misericors essentia diuina predicatur. ⁊ insup ꝙ ipse sit miseroruꝫ liberator intelligi datur. Similiter cū dicitur bonus essentia diuina predicatur. Et cum dicitur deus ⁊ insuper auctor omniū bonorum ostenditur. Ita ⁊ cum dicitur deus essentia diuina predicatur ⁊ ipse timendus ostēditur. Inde ergo quedam opera misericordie quedam iustitie dicuntur. non quin diuina essentia hec ⁊ illa operetur. ⁊ quin hec ⁊ illa sint opera diuine essentie que dicitur misericordia ⁊ iustitia. sed qꝛ quedam sunt quibus iudex et equus distributor, quedam quibus ostēditur miserator. Misericors enim dicitur in natura, miserator in exhibitione. ⁊ in quibusdam operibus dicitur effectus esse misericordie in qbusdam effectus iustitie non ꝙ aliud efficiat iustitia. aliud misericordia dei si ad essentiam referas. sed qꝛ ex quibusdam effectibus intelligitur iudex. ex quibusdam miserator. vel vt quibusdam placet iustus ⁊ misericors. Sꝫ secūdum hoc currit questio quomodo ex aliis ostendatur iustus ⁊ ex aliis misericors cum sit idem ei esse iustum ⁊ eē misericordem. Si enim secūdum eandem rationem dicitur iustus ⁊ misericors ex eo opere quo intelligitur iustus intelligitur misericors ⁊ econuerso. Sꝫ dixi supra ꝙ cum dicitur deus iustus ⁊ misericors ita eadem diuina essentia significatur ⁊ secūdū eam idem predicatur vt etiam quedaꝫ diuersa intelligantur. Intelligimus enim per hoc eum esse miseratorem ⁊ iustum iudicem.

Orige. Quod euidenter Origenes ostendit dicens. Omnia que dei sunt christus est. ipse sapiētia eius. ipse fortitudo. iustitia. sanctitas. ipse prudentia. Sed cum vnum sit in subiacenti. pro varietate sensuum diuersis nuucupatur vocabulis. Aliud eniꝫ significat sapientia. aliud iustitia. Quando enim sapientia dicitur disciplinis te diuinarum humanarūqꝫ rerum instruere intelligitur. Quando iustitia. distributor vel iudex meritorum insinuatur. Ita ⁊ prudētia cum dicitur doctor ⁊ demonstrator bonarū vel malarum rerū vel neutrarū intelligitur

Auctoritatibus probat quedam iustitie. alia misericordie alia bonitati attribui.

Quod autem quedam opera misericordie. quedam iustitie. quedam bonitati attribuantur in scripturis facile est reperire.

Et de misericordia quidez ⁊ iustitia manifestum est. de bonitate vero ⁊ misericordia amplius latet. Sed augu. docet illa opera proprie ad misericordiam pertinere quibus aliq

Augu⁹. ps. 32.

a miseria liberantur. Ad bonitatem vero non solum illa sed facturam ⁊ gubernationem naturalium ita dicens. Ad misericordiam pertinet ꝙ a peccatis mundat ⁊ de miseria liberat. Ad bonitatem vero ꝙ celum ⁊ terram ⁊ omnia valde bona creauit vt eēnt. Idez. Celi nō indigent misericordia vbi nulla est miseria, in terra hominis abundat miseria ⁊ superabundat dei misericordia. Misericordia ergo hominis ⁊ misericordia dei plena est terra nō celi qui non indigent misericordia. indigent tamen regente domino Omnia enim indigēt domino ⁊ misera ⁊ felicia quia sine illo miser non subleuatur, felix non regitur. Item alibi Misericordia est erga miseros. bonitas erga quoslibet. Interdum tamen misericordia large accipitur vt bonitas.

Idē sup. ps. 125

Quomodo vniuerse vie domini dicātur misericordia ⁊ veritas.

Post hec considerari oportet ex quo sensu vniuerse vie domini dicantur misericordia ⁊ veritas.

Hoc multiplicem recipit expositionez. Vniuerse. n. vie domini misericordia ⁊ veritas qbus ad nos venit vt ait aug. super psal. intelligūtur duo aduentus Primus in quo manifestā ⁊ multiplicez misericordiā nobis exhibuit. ⁊ scd̄s in quo inqrendo materiam iusticiam exhibebit. Vniuerse etiam vie domini id est quibus ad dominum ascendimus sunt iusticia qua a malo declinamus ⁊ misericordia qua bonum facimus. In his enim duobus omne bonum meritum includitur. Sed cum superius Cassiodorus dixerit i his duobus opera omnia dei includi. merito queri potest an in oī opere domini hec duo mutuo sibiiungantur. Quibusdam placuit non in omni opere domini hec duo concurrere secundū effectuꝫ dico. nam secundum essentiam non diuiditur misericordia a iusticia. sed vnum est. Verꝫ secundum effectum non in omni opere domini dicunt esse misericordiam ⁊ iusticiam sed ī quibusdam fatentur tantum misericordiam ⁊ aliis iusticiam. atque in aliis misericordiam ⁊ iusticiam. Fatētur tamen dominuꝫ omnia que fecit misericorditer agere ⁊ iuste. referentes rationem dicti ad dei voluntatem que iusticia est ⁊ misericordia. non ad effectus misericordie ⁊ iusticie qui sunt in rebus. Aliis autem videtur ꝙ sicut dicitur deus omnia opera sua iuste facere ⁊ misericorditer. ita concedēdū sit in omni opere dei iusticiam esse ⁊ misericordiā. i. clemētiā secūdū effectū vel signuꝫ qꝛ nullū op⁹ dei ē ī quo nō sit effect⁹ vel signū eqtatis ⁊ clemētie siue occulte siue aperte. Aliqñ. n. manifesta ē clemētia siue benignitas ⁊ occulta eqtas. aliquādo ecōuerso.

Equitur hic de ualde

f malis. qz in hac di. agitur de iustitia dei ⁊ misericordia concurrentibus in punitione malorum. Ideo quęruntur quattuor. primo vtrum in deo sit iustitia. secūdo vtrū in deo sit misericordia. tertio an in deo distinguatur iustitia ⁊ misericordia. quarto an in punitione malorum concordat ex parte dei punientis iustitia cum misericordia.

Ꝺ primum arguitur

a qꝫ non. ex. 5. ethi. c. ii. domini ad seruū nulla est iustitia. qz nulla equalitas. ergo multo fortius nec dei ad creaturam vel ecōuerso. cum potissime ille dñs posset dicere seruo illud. 1. ad cor. 3. Quid habes qđ non accepisti a me. Preterea. io ethi. inconueniens est laudare substantias separatas ex operatione virtutū. sicut deducit de iustitia specialiter Et confirmatur per simile. qz non est in deo tpantia. ꝫ nec pari rōe iustitia. Preterea iustitia inclinat ad reddendum debitū: deus nulli est debitor. ergo. Oppositū in psal. iustitia plena est dextera tua.

